Τ Ο Ι Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ι Σ Κ Α
Γ Ε Τ Α Ι Σ Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Δ Α Μ Ι Ν
Κ Λ Ε Ο Μ Ε Δ Ο Ν Τ Ο Σ

Ἀ[γ]αθ[ᾶ τύ]χ[ᾳ. Δ]α[υλιεῖς(?) ἔδω]|καν Ὀρθοτίμῳ Καλαίθο[υ Κρητὶ] | Τυλισίῳ προξενίαν αὐτ[ῷ καὶ] | ἐκγόνοις καὶ ἔγκτησιν [γᾶς καὶ] | οἰκίας καὶ ἐπινομίας καὶ [ἀσυλί]|αν καὶ ἀσφάλειαν καὶ πο[λέμου] | καὶ εἰράνας, καὶ τὰ ἄλλα ὅ[σα καὶ] | τοῖς ἄλλοις προξένοις κα[ὶ εὐερ]|γέταις· ἀρχόντων Δαμίν[α, ...], | Κλεομέδοντος.

Stiriorum hoc decretum esse, quae opinio quod propter locum ubi exstat ultro se offert, sumpsit Bechtelius. Sed cum hac sententia adversa fronte pugnant versus primi reliquiae, in quibus litteras ΑΙ non posse ad terminationem nominis τύχᾳ spectare spatium docet. Ad Ambryssios rettulerunt Rangabé et Cauer; sed si modo Α littera initialis ethnici esset, non minore iure de Anticyrensibus, quorum oppidum non maiore intervallo a Stiride distabat, cogitari liceret. Verum quoniam intervallum inter Χ et Α intercedens suadere videtur, ut hanc secundam potius nominis litteram existimemus, sponte occurrit Dauliensium nomen; at quia supplementum utique incertum manet, lapidem inter eius loci ubi inventus est monumenta relinquere quam alio transferre malui. Vs. 2 extr. ethnicum Κρητί supplevi certa ratione cum quia aliter lacuna non expletur, tum quia in Cretensium titulis haec duplex originis significatio perfrequens est; sic epitaphia Pagasis inventa complura Κρὴς Τυλίσιος aut Κρῆτες Τυλίσιοι defunctorum nominibus addunt (v. indicem).

34 Marmor album, concavum, a. 0,97, l. 0,25, cum alio eiusdem generis, sed sine scriptura, inaedificatum in sacrario ecclesiae dirutae S. Nicolai, quae est in arce antiqua Stiriorum. Ed. Mondry Beaudouin *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 447 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 79 n. 1547). Contulit Lolling.

ΘΕΟΣΤΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΡΧΟΝΤΟΣΤΙΜΟΚΡΑΤΕΟΣΑΦΙΗΤΙΚΑΛΛΙ
. . . . ΜΟΣΔΩΡΟΘΕΟΥΑΝΤΙΔΩΡΑΛΑΜΠΟΥΤΑΙΔΙΑΣΩΜΑΤΑΕΛΕΥ
. . . . . . ΛΟ . ΡΟ . . ΣΩΣΙΧΑΝΠΑΡΜΕΝΙΩΝΑΡΟΔΑΝΚΑΙΠΑΡΑΚΑΤΑΤΙ
. . . . . ΠΑΡΑΤΟΥΣΘΕΟΥΣΚΑΙΤΟΝΑΣΚΛΑΠΙΟΝΚΑΙΤΟΥΣΠΟΛΙΤΑΣΚΑΙ
. . . . ΦΩΚΕΙΣΕΙΔΕΤΙΣΚΑΚΑΤΑΔΟΥΛΙΖΗΤΑΙΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΑΡΓΥΡΙΟΥ
. . . . ΤΟΥΣΩ . . ΤΟΣΜΝΑΣΔΕΚΑΠΕΝΤΕΤΩΠΡΟΣΤΑΝΤΙΤΟΥΤΟΥΔΕ
. . ΗΜΙΣΥ . . ΘΙΕΡΟΝΕΣΤΩΤΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥΠΡΟΙΣΤΑΣΘΩΔΕΟΘΕΛΩΝ
. . . . . ΤΕ . . . ΘΩΔΕΕΙΚΑΑΥΤΟΙΘΕΛΩΝΟΙΠΕΡΙΔΕΤΩΝΠΡΟΤΕΡΟΝΑΦΕΙΜΕ
. . . . ΥΘΕΡΩΝΥΠΟΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝΑΥΤΩΝΑΑΥΤΑΖΑΜΙΑΕΣΤΩ

Θεὸς τύχαν ἀγαθάν. Ἄρχοντος Τιμοκράτεος, ἀφίητι Καλλι|[ώνυ]μος Δωροθέου, Ἀντιδώρα Λάμπου τὰ ἴδια σώματα ἐλεύ|[θερα, Φι]λό[φ]ρο[να], Σωτίχαν, Παρμενίωνα, Ῥόδαν, καὶ παρακατατί|[θεντι] παρὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὸν Ἀσκλαπιὸν καὶ τοὺς πολίτας καὶ | [τοὺς] Φωκεῖς. εἰ δέ τίς κα καταδουλίζηται, ἀποτεισάτω ἀργυρίου [ἑκάσ]του σώ[μα]τος μνᾶς δεκαπέντε τῷ προστάντι· τούτου δὲ | [τὸ] ἥμισυ [πο]θίερον ἔστω τοῦ Ἀσκλαπιοῦ. προϊστάσθω δὲ ὁ θέλων. | [πολι]τε[υόν]θω δέ, εἴ κα αὐτοὶ θέλων[θ]ι. περὶ δὲ τῶν πρότερον ἀφει|[μένων ἐλε]υθέρων ὑπὸ τῶν προγόνων αὐτῶν ἁ αὐτὰ ζαμία ἔστω.

Litterarum formae hunc titulum alteri a. Chr. n. saeculo vindicant. Versus octavi initium sagaciter restituit Bechtelius, provocans ad manumissiones Delphicas apud Wescherum et Foucartum *Inscr. de Delphes* 179 et apud Haussoullierum *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 419 n. 32. In nominibus restituendis item Bechtelium secutus sum praeter vs. 1 extr. 2 init., ubi litterae a Lollingio enotatae cum illius supplemento Καλλί|[στρα]τ[ο]ς conciliari nequibant.

---

35. 36 Lapis calcarius leucophaeus a. 0,67, l. 0,51, c. 0,34, supra fractus, a lateribus integer quidem, sed ita detritus, ut versuum initia et fines evanuerint, Stiride prope ecclesiam dirutam S. Nicolai sitam in arce antiqua. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 31 n. 74 tab. VIII (Lebas *Inscr.* II, 994. 995; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 77 n. 1548). Contulit Lolling.

(35)

Δ Ε Κ Α Τ Ε Λ Ε ι
Α Τ Ε Κ Α Ι Μ Ͱ Κ Α Τ Α Δ Ο
Ε Σ Ω Σ Ω Μ Ͱ Θ Ε Ι Σ Μ Ͱ Τ Ε Ο Ι Κ Α
Λ Λ Ο Σ Υ Π Ε Ρ Τ Ο Υ Τ Ο Υ Σ Μ Ͱ Θ Ε Ι Σ
Ι Δ Ε Τ Ι Σ Κ Α Τ Α Δ Ο Υ Λ Ι Ξ Ο Ι Τ Ο Φ Ι /
Π Ο Θ Ι Ε Ρ Ο Ν Τ Ω Ι Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι Α Ρ Γ
Ο Ι Ω Σ Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Α ' Ε Ο Ν Τ Ω Π Ρ Ο Ι Σ Σ Τ Α Σ
Π Ι Ο Σ Ε Π Ε Ι Τ Α Δ Ε Κ Α Ι Ο Ι Ε Ρ Ε Υ Σ Τ Ο Υ Α Σ Κ Λ Α
Ω Ν Σ Τ Ε Ι Ρ Ι Ω Ν Τ Ε Κ Α Ι Φ Ω Κ Ε Ω Ν Α Ξ Α Μ Ι Ο Ϲ
Ί Α Ρ Τ Υ Ρ Ε Σ Π Ο Λ Ω Ν Π Ο Λ Υ Γ Ν Ω Τ Ο Υ Σ Ω Σ Ι Ι
Ε Ξ Ω Ν Π Λ Ε Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ Σ Τ Ε Ι Ρ Ι Ο Ι

(36)

Α Ν Α Γ Α Θ Α Ν Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Ε Ν Σ Τ Ε Ι Ρ Ε Ι Ν Ι Κ Α
Λ Ρ Τ Ο Υ Ε Α Μ Ε Ρ Ι Σ Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ Κ Α Ι Β Ι Θ Υ Σ Α Ι Τ
Τ Α Ν Α Θ Ε Σ Ι Ν Α Υ Τ Ο Ι Σ Δ Ο Μ Ε Ν Α Ν Α Τ Ε
Ξ Ι Ω Α Π Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ω Σ Α Ν Κ Α Ι Α Ν Ε Θ
Ε Ν Α Ν Κ Α Ι Ο Μ Ε Ι Α Ι Α Ν Τ Ω Α Σ Κ Λ
Α Θ Ε Σ Ε Ι Κ Α Ι Τ Ο Υ Π Ρ Ο Σ Τ Α Τ Α Ε
Λ Ο Υ Α Σ Κ Α Ι Ε Ι Λ Α Φ Ε Ι Ε Α Μ Ε Ρ Ι Σ
Α Ι Π Α Ρ Α Μ Ε Ι Ν Α Τ Ω Σ Α Ν Ε Α Μ Ε Ρ Ε Ι
Δ Ε Κ Α Τ Ε Λ Ε Υ Τ Α Σ Ω Ν Τ Ι Υ Π Α Ρ Χ Ο Ν
Ο Μ Ε Ι Δ Ι Α Θ Α Ψ Α Σ Α Ι Α Υ Τ Ο Υ Σ Κ Α Ι Μ Η
Μ Η Δ Ε Κ Α Θ Ο Π Ο Ι Ο Ν Τ Ρ Ο Π Ο Ν Α Ν Ε Π Α Φ
Ο Ν Ο Ν Α Π Ο Π Α Ν Τ Ω Ν Ε Ι Δ Ε Τ Ι Σ Ε Φ Α
Ε Ι Δ Ι Α Σ Η Π Α Ρ Θ Ε Ν Α Σ Ε Ξ Ε Σ Τ Ω
Τ Ο Υ Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ο Υ Κ Α Ι Α Λ Λ Ο Ν Τ Ο Ν Θ Ε
Ε Υ Θ Ε Ρ Ι Α Ν Κ Α Ι Π Ο Τ Α Π Ο Τ Ε Ι Σ Α Τ Ω
Τ Ρ Ι Α Κ Ο Ν Τ Α Κ Α Ι Τ Ο Μ Ε Ν Η Μ Ι Σ Ο Ν Ε Σ Τ Ω
Ν Π Ο Θ Ι Ε Ρ Ο Ν Τ Ο Υ Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ο Υ Κ Α Ι Ο Ν
Ι Μ Α Ρ Τ Υ Ρ Ε Σ Ν Ι Κ Ω Ν Ξ Ε Ν Ο Κ Ρ Ι Τ Ο Υ
Α Τ Η Σ Ε Υ Α Ρ Χ Ο Υ Α Ρ Ν Ι Α Σ Α Ι Χ Μ Ι Ω Ν
– – ∩ Σ

35 [....... ἐπεὶ] δέ κα τελε[υτάσῃ ....., ἔστω Φιλ.... καὶ | Σωτὼ ἐλευθέρ]α τε καὶ μὴ καταδο[υλιξάττω μήτε | Φι.... μήτ]ε Σωτὼ μηθείς, μήτε οἱ κ[λαρονόμοι οἱ .... | μήτε ἄ]λλος ὑπὲρ τούτους μηθεὶς [μηδὲ καθ᾽ ὁποῖον | τρόπον· ε]ἰ δέ τις καταδουλίζοιτο Φιλ[..... ἢ Σωτώ, ἀπο|τεισάτω] ποθίερον τῷ Ἀσκλαπιῷ ἀργ[υρίου τάλαντον, αἱ δὲ | ἀφειμέναι ὁμ]οίως ἐλεύθεραι ἐόντω. προϊστάσ[θω δὲ ὑπὲρ αὐτὰς ὁ θε|ὸς ὁ Ἀσκλα]πιός, ἔπειτα δὲ καὶ ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀσκλα[πιοῦ καὶ ἄλλος ὁ παρ|ατυχ]ὼν Στειρίων τε καὶ Φωκέων, ἀζάμιος [ἐὼν πάσας δίκας καὶ | ζαμίας]. μάρτυρες· Πόλων Πολυγνώτου, Σωτι[...., ...|.... Δ]έξων Πλείστωνος Στείριοι.

36 [Θεὸς τύχ]αν ἀγαθάν. Ἄρχοντος ἐν Στείρει Νικα[......., | μηνὸς τετ]άρτου, Ἐαμερὶς Ἀρίστωνος καὶ Βῖθυς, αἰτ[ησάμενοι | τὰν πόλιν] τὰν ἀ(νά)θεσιν αὐτοῖς δόμεν ἀνα[γ]ε[γράφθαι ἐν τῷ | Ἀσκλαπι]είῳ, ἀπελευθέρωσαν καὶ ἀνέθ[ηκαν σώματα δύο γυναι|κεῖα, Παρθ]έναν καὶ Ὁμει[λ]ίαν, τῷ Ἀσκλ[απιῷ, συνευδοκέ|οντος τᾷ ἀν]αθέσει καὶ τοῦ προστάτα Ἐ[αμερίδος | .....]λου, ἃς καὶ εἰλάφει Ἐαμερὶς [.......... | ......, κ]αὶ παραμεινάτωσαν Ἐαμέρει [καὶ Βίθυϊ, ἕως καὶ | ζώωντι· ἐπεὶ] δέ κα τελευτάσωντι, ὑπαρχόν[τω ἐλεύθεραι Παρ|θένα καὶ] Ὁμει[λ]ία θάψασαι αὐτούς, καὶ μὴ [καταδουλιξάσθω αὐ|τὰς μηθεὶς] μηδὲ καθ᾽ ὁποῖον τρόπον, ἀνεπάφ[ους οὔσας τὸν πάντα χρ]όνον ἀπὸ πάντων. εἰ δέ τις ἐφά[πτοιτο ἢ ἐπιλαμβά|νοιτο Ὁμ]ει[λ]ίας ἢ Παρθένας, ἐξέστω [προστᾶμεν ὑπὲρ αὐτὰς | τὸν ἱερέα] τοῦ Ἀσκλαπιοῦ καὶ ἄλλον τὸν θέ[λοντα Στειρίων ἢ Φω|κέων ἐν ἐλ]ευθερίαν, καὶ ποταποτεισάτω [ὁ καταδουλιζόμενος ἀργυ|ρίου μνᾶς] τριάκοντα, καὶ τὸ μὲν ἥμισον ἔστω [τοῦ προστάντος, τὸ δὲ | ἥμισο]ν ποθίερον τοῦ Ἀσκλαπιοῦ, καὶ ὁμ[οίως ἐόντω |

ἐλεύθερα]ι. μάρτυρες· Νίκων Ξενοκρίτου, [.............., | ......κρ]άτης Εὐάρχου, Ἀρνίας Αἰχμίων[ος, ..., | ....κρά]τεος.

Manumissio n. 35 non aliter ac n. 36 ad duas mulieres spectat. Etenim Rossii ratio a Bechtelio probata propterea reicienda est, quia is id quod omnino certissimum est femininum ἐλεύθεραι vs. 7 arbitraria mutatione sustulit propter masculinum τούτους vs. 4, quod ad manumissos referri ut certum sit tantum abest, ut multo commodius de eis, qui libertinas in servitutem abstracturi sint, intellegatur. Huic rationi versuum 3—5, quos Rossius et Bechtelius fere intactos reliquerunt, supplementum accommodavi, quod nolo pro certo venditare, etsi haud absurde hic praecipuo loco eius qui manumisit heredes commemorari vix negaveris.

Item alterius tituli n. 36 versus 1—8 plenius quam priores editores restituere conatus sum, ac certe conexum sententiarum recte assecutus esse mihi videor, etsi singillatim nonnulla sunt quae displiceant, maxime vs. 3 fin., ubi infinitivus perfecti passivi num eiusmodi exemplis, qualia sunt δεδόχθαι, ἐψηφίσθαι, ἐπικεχωρῆσθαι sim. in decretis usurpata, satis defendatur sane dubito.

Has omnes manumissionum tabulas Stirias non magno inter se temporis intervallo distineri nomina docent compluribus locis redeuntia: Polo Polygnoti f. est n. 35, 10 et 43, 9, Nico Xenocriti f. n. 36, 18, Xenocritus Niconis f. n. 43, 7, Callo Agesonis f. archon n. 42, 2, Ageso Callonis f. testis n. 43, 4. Atque etsi certiora de aetate horum titulorum explorari nequeunt, tamen omnes priore alterius a. Chr. n. saeculi parte incisos esse pro certo licet pronuntiari.

37—40 Basis marmoris caerulei a. 0,80, l. 0,19, c. 0,45, in ecclesiola diruta S. Nicolai, quae est inter rudera antiquae Stiriorum arcis. Ed. Mondry Beaudouin *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 446 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 76 n. 1542, p. 78 n. 1546). Contulit Lolling.

(37)

ı//// ‿Ŀ/‿

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ

Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι

(40)

ΑΡΙΣ
ΤΑΡΧΟΣΚΑΙΠΟΛΩΝ
ΟΙΕΠΑΡΜΟΣΤΟΥ
ΘΕΩΝΘΕΩΝΟΣΜΝΑ
ΣΙΑΣΚΑΙΠΟΛΥΓΝΩ
ΤΟΣΟΙΛΑΤΩΝΟΥ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣΙΕΡΩΝΟΣ

(38)

Ι Ι Μ Α Ι ᴗ Ρ Α Ν

Κ Α Φ Ι Σ

Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι

(39)

ΘΕΟΣΤΥΧΑΝΑΝΑΓΑΘΑΝΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΣΤΕΙΡΕΙΦΙΛΩΝΟΣΤΟΥΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥ.
ΜΗΝΟΣΤΕΤΑΡΤΟΥΣΩΤΗΡΙΔΑΣΞΕΝΩΝΟΣΔΕΛΦΟΣΑΦΙΗΤΙΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣΞΕΝΩΝΑΚΑΙΠΑΡΑΜΟ
ΝΟΝΤΟΥΣΙΔΙΟΥΣΘΡΕΠΤΟΥΣΠΑΡΑΜΕΙΝΑΝΤΑΣΣΩΤΗΡΙΔΑΠΑΝΤΟΝΤΑΣΖΩ.⁻ΧΡΟΝΟΝΚΑΙΑΝΑΤΙϹ...
ΑΥΤΟΥΣΤΩΘΕΩΤΩΑΣΣΚΛΑΠΙΩΤΩΕΝΣΤΕΙΡΕΙΜΗΚΑΤΑΔΟΥΛΙΞΑΣΤ......ΕΙΣΤΟΥΣΠΡΟΓ....
ΜΜΕΝΟΥΣΜΗΔΕΚΑΘΟΠΟΙΟΝΤΡΟΠΟΝΟΙΚΑΙΠΑΡΑΜΕΙΝΑΤΩΣΑΝΣΩΤΗΡΙ.......ΟΝΤΑΣΖΩΑΣ...
ΝΟΝΚΑΙΘΑΨΑΤΩΣΑΝΚΑΙΤΑΩΡΙΑΑΥΤΟΥΚΑΘΩΣΕΘΟΣΕΣΤΙΝΑΥ.........ΑΤΩΣΑΝΕΙ....
ΜΗΠΟΙΗΣΩΝΤΙΚΑΘΩΣΠΡΟΓΕΓΡΑΠΤΑΙΑΤΕΛΗΣΕΣΤΩΑΑΝΑ.........ΤΑΠΟΤ....
ΤΩΣΑΤΩΣΑΝΑΡΓΥΡΙΟΥ/ΙΑΣΤΡΙΑΚ.ΝΤΑΕΙΔΕ.....ΛΑΜΒΑΝ..............
⁻⁻ΓΓΕΝΗΘΕΙΣ..ΟΥΛΑΓΩ.ΙΑ........ΙΑΡΜΕΝΑΕΣΤΩΚΛ....

Antiquissimi ex his titulis sunt n. 37 et 38, quibus imagines duae huic basi impositae dedicabantur Aesculapio. Deinde planiciei vacuae incisa est manumissio n. 39, denique quod spatium inter duas dedicationes patebat, ei minutissimis litteris insculptus est titulus n. 40.

Inscriptionis n. 39 litteraturam, quam paullo minus accurate repraesentaverat editor Francogallus, hic ex Lollingii collatione exhibemus, qui definite testatur initio versus primi Θ, praeterea ubique Θ in lapide esse. Idem n. 40 vs. 6 ΛΑΤΩΝΟΥ, non ut Beaudouinus habet ΛΑΓΩΝΟΥ incisum esse refert.

37 [...τ]έλ[η] | Διόδωρος | Ἀσκλαπιῷ.

38 [Τ]ιμα[γ]όραν | Κᾶφις | Ἀσκλαπιῷ.

39 Θεὸς τύχαν ἀγαθάν. Ἄρχοντος ἐν Στείρει Φίλωνος τοῦ Φιλοκράτου[ς], | μηνὸς τετάρτου, Σωτηρίδας Ξένωνος Δελφὸς ἀφίητι ἐλευθέρους Ξένωνα καὶ Παράμο|νον τοὺς ἰδίους θρεπτούς, παραμείναντας Σωτηρίδᾳ πᾶν τὸν τᾶς ζω[ᾶς] χρόνον, καὶ ἀνατί[θητι] | αὐτοὺς τῷ θεῷ τῷ Ἀσσκλαπιῷ τῷ ἐν Στείρει. μὴ καταδουλιξάστ[ω δὲ μηθ]εὶς τοὺς προγ[εγρα]|μμένους μηδὲ καθ᾿ ὁποῖον τρόπον, οἳ καὶ παραμεινάτωσαν Σωτηρί[δᾳ πᾶν τ]ὸν τᾶς ζωᾶς [χρό]|νον, καὶ θαψάτωσαν καὶ τὰ ὥρια αὐτοῦ, καθὼς ἔθος ἐστίν, αὐ[τοὶ ποιησ]άτωσαν. εἰ [δέ κα] | μὴ ποιήσωντι καθὼς προγέγραπται, ἀτελὴς ἔστω ἁ ἀνά[θεσις καὶ πο]ταποτ[εισά]|τω⟨σατω⟩σαν ἀργυρίου [μν]ᾶς τριάκ[ο]ντα. εἰ δέ [τις ἐπι]λαμβάν[οιτο αὐτῶν, ἅ] | τε γενηθεῖσ[α δ]ουλαγω[γ]ία [ἄκυρος κα]ὶ ἀρμένα ἔστω κα[ὶ ποταποτεισάτω .....].

40 .... Ἀρίσ|ταρχος καὶ Πόλων | οἱ Ἐπαρμόστου, | Θέων Θέωνος, Μνα|σίας καὶ Πολύγνω|τος οἱ Λατώνου, | Τιμοκράτης Ἱέρωνος.

Tituli dedicatorii n. 37. 38 tertii a. Chr. n. saeculi esse videntur, manumissio n. 39 secundi ineuntis. Hac non multo recentiorem iudicaverim titulum n. 40, neque enim litterae ω forma illa aetate offensioni esse potest. Quid hic hominum recensus sibi velit latet; nam testium nomina instrumento manumissionis subiuncta haec esse propterea improbabile est, quia ex titulorum dedicatoriorum collocatione colligi licet, non magnam lapidis partem supra periisse. Utique quod Bechtelius sibi persuasit, ipsius manumissionis n. 39 testes, quia spatium in inferiore lapidis parte deesset, in superiore inter titulos dedicatorios inscriptos esse, id insigni scripturae discrimine quae inter hos titulos intercedit redarguitur.

In titulo n. 39 vs. 3 πάν(τα) τὸν emendaverunt editores priores. At idem πᾶν τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον est in manumissionis instrumento Tithorensi n. 190, 9, quum tamen bis diverso loco ac tempore in eadem formula eundem errorem commissum esse omnium maxime improbabile sit. Quare quod in aliis dialectis in nominum propriorum modo, quae in -ας, -αντος cadunt, accusativis factum esse scimus, ut Αἴαν, Θόαν pro Αἴαντα, Θόαντα fingerentur, id apud Phocenses etiam in voce πᾶς usu venisse statuo. Cui sententiae minime obstat, quod alii duo tituli Tithorenses in eadem ara incisi (n. 192, 19. 194, 20) sane volgare illud πάντα τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον habent.

---

41. 42 Tabula marmoris leucophaei a. 0,51, l. 0,58, c. 0,15, imposita pilae in maceria horti, qui est ante portam meridionalem monasterii S. Lucae Stiriensis. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 30 n. 73 tab. VII (Lebas *Inscr.* II, 987. 993; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 109 n. 89, ed. 2 p. 159 n. 224; W. Dittenberger Sylloge Inscr. Graec. 445; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 76 n. 1541. p. 77 n. 1545). Contulit Lolling.

(41) Φ Ι Λ Ω Ν Λ Ι Θ Ο Υ Ρ Γ Ο Σ
Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι

(42) Θ Ε Ο Σ Τ Υ Χ Α Ν Α Γ Α Θ Α Ν Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Ε Ν Σ Τ Ε Ι Ρ Ι
Μ Η
Κ Α Λ Λ Ω Ν Ο Σ Τ Ο Υ Α Γ Η Σ Ω Ν Ο Σ Ν Ο Σ Τ Ε Τ Α Ρ
ΙΔΙΑΠ
Τ Ο Υ Π Ρ Α Ξ Ι Α Σ Θ Ε Ω Ν Ο Σ Α Φ Ι Η Τ Ι Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ο Υ Σ Ε Υ Π Ρ Α Ξ Ι Ν
Κ Α Ι Τ Ο Ε Ξ Α Υ Τ Α Σ Π Α Ι Δ Α Ρ Ι Ο Ν Ω Ο Ν Ο Μ Α Δ Ω Ρ Ι Ω Ν Μ Η Κ Α
Τ Α Δ Ο Υ Λ Ι Ξ Α Σ Θ Ω Δ Ε Α Υ Τ Ο Υ Σ Μ Η Θ Ε Ι Σ Μ Η Δ Ε Κ Α Θ Ο Π Ο Ι
Ο Ν Τ Ρ Ο Π Ο Ν Ο Ι Κ Α Ι Π Α Ρ Α Μ Ε Ι Ν Α Τ Ω Σ Α Ν Π Ρ Α Ξ Ι Α Κ Α Ι Τ Α Γ Υ
Ν Α Ι Κ Ι Α Υ Τ Ο Υ Α Φ Ρ Ο Δ Ι Σ Ι Α Ε Ω Σ Α Ν Ζ Ω Ν Τ Ι Κ Α Ι Θ Α Ψ Α Ν Τ Ω Κ Α Ι Τ.
Ω Ρ Ι Α Α Υ Τ Ω Ν Π Ο Ι Η Σ Α Τ Ω Σ Α Ν Ε Ι Δ Ε Μ Η Θ Α Ψ Ω Ν Τ Ι Κ Α Ι Π Ο Ι Η Σ Ω
Τ Ι Τ Α Ω Ρ Ι Α Α Υ Τ Ω Ν Κ Α Θ Ω Σ Π Ρ Ο Γ Ε Γ Ρ Α Π Τ Α Ι Α Τ Ε Λ Η Σ Ε Σ Τ Ω Α Α
Ν Α Θ Ε Σ Ι Σ Κ Α Ι Π Ο Τ Α Π Ο Τ Ι Σ Α Τ Ω Σ Α Ν Α Ρ Γ Υ Ρ Ι Ο Υ Μ Ν
Α Σ Τ Ρ Ι Α Κ Ο Ν Τ Α Ε Ι Δ Ε Τ Ι Σ Ε Π Ι Λ Α Ν Β Α Ν Ο Ι Τ Ο Α Υ Τ Ω
Ν Η Κ Α Τ Α Δ Ο Υ Λ Ι Ζ Ο Ι Τ Ο Α Τ Ε Γ Ε Ν Η Θ Ι Σ Α Δ Ο Υ Λ Α Γ Ω
Γ Ι Α Α Υ Τ Ω Ν Α Κ Υ Ρ Ο Σ Κ Α Ι Α Ρ Ε Μ Ε Ν Α Ε Σ Τ Ω Κ Α Ι Π Ο Τ Α
Π Ο Τ Ι Τ Ω Ο Κ Α Τ Α Δ Ο Υ Λ Ι Ζ Ο Μ Ε Ν Ο Σ Μ Ν Α Σ Τ Ρ Ι Α Κ Ο Ν Τ Α
. . Ι Τ Ο Μ Ε Ν Η Μ Ι Σ Ο Ν Ε Σ Τ Ω Τ Ο Υ Π Ρ Ο Σ Τ Α Ν Τ Ο Σ Τ Ο
sic . . Η Μ Ι Σ Ο Ν Τ Ο Υ Α Σ Σ Λ Α Π Ι Ο Υ Ε Ξ Ε Τ Ω Δ Ε Π Ρ Ο Σ Τ
. Μ Ε Ν Υ Π Ε Ρ Ε Υ Τ Ο Υ Σ Τ Ο Ν Θ Ε Λ Ο Ν Τ Α Φ Ω Κ Ε Ω Ν

41 Φίλων λιθουργὸς | Ἀσκλαπιῷ.

42 Θεὸς τύχαν ἀγαθάν. Ἄρχοντος ἐν Στείρι | Κάλλωνος τοῦ Ἀγήτωνος, μηνὸς τετάρ|του, Πραξίας Θέωνος ἀφίητι ἐλευθέρους Εὔπραξιν | καὶ τὸ ἐξ αὐτᾶς παιδάριον, ᾧ ὄνομα Δωρίων. μὴ κα|ταδουλιξάσθω δὲ αὐτοὺς μηθεὶς μηδὲ καθ' ὁποῖ|ον τρόπον, οἱ καὶ παραμεινάτωσαν Πραξίᾳ καὶ τᾷ γυ|ναικὶ αὐτοῦ Ἀφροδισίᾳ, ἕως ἂν ζῶντι, καὶ θαψάντω καὶ τ[ὰ] | ὥ[ρ]ια αὐτῶν ποιησάτωσαν· εἰ δὲ μὴ θάψωντι καὶ ποιήσω[ν]|τι τὰ ὥρια αὐτῶν, καθὼς προγέγραπται, ἀτελὴς ἔστω ἁ ἀ|νάθεσις καὶ ποταποτισάτωσαν ἀργυρίου μν|ᾶς τριάκοντα. εἰ δέ τις ἐπιλανβάνοιτο αὐτῶ|ν ἢ καταδουλίζοιτο, ἅ τε γενηθ(ε)ῖσα δουλαγω|γία αὐτῶν ἄκυρος καὶ ἀρεμένα ἔστω καὶ ποτα|ποτισάτω ὁ καταδουλιζόμενος μνᾶς τριάκοντα, | [κα]ὶ τὸ μὲν ἥμισον ἔστω τοῦ προστάντος, τὸ | [δὲ] ἥμισον τοῦ Ἀσ(κ)λαπιοῦ. ἐξέ(σ)τω δὲ προστ|[ᾶ]μεν ὑπὲρ (α)ὐτοὺς τὸν θέλοντα Φωκέων.

De aetate cf. quae adnotavi ad n. 35. Emendationes errorum lapicidae n. 42, 2 et 14 perspicuae sunt, paullo obscurior versu tertio. Nam quod olim sumpsi ΙΔΙΑΠ pro ΙΔΙΑΙ exaratam esse, id nunc displicet non tam quia mirum sit, quadratarium in errore emendando iterum errasse — nam haec non recte se habere utique constat — quam quia hoc adverbium ita et inusitate et otiose ponitur. Quare quum alibi haud raro τὸ ἴδιον δουλικὸν παιδάριον similiaque legantur, hic quoque eiusmodi additamentum a lapicida primum omissum, deinde supplendi consilium captum, sed quum iterum in incidendo lapsus esset, rursus abiectum esse putaverim. Vs. 14 ἀρεμένα pro ἀρμένα (i. e. ἠρμένη, cf. n. 39, 9) ex volgari pronuntiatione potius natum existimo quam ex mero lapicidae errore.

43 Titulus in latere angusto tabulae lapideae. In monasterio S. Lucae Stiriensis exscripsit Lolling.

Ρ Ο
Α Ν Τ Α Ι
Τ Ω Ν Μ Α Ι
Τ Υ Ρ Ε Σ Α
Γ Η Σ Ω Ν Κ
Λ Λ Ω Ν Ο Σ
Ε Ν Ο Κ Ρ
Ι Ο Σ Ν Ι Κ Ω
Ν Ο Σ Π Ο Λ
Ω Ν Π Ο Λ Υ
Γ Ν Ω Τ Ο Υ Σ
Τ Ι Ρ . Ο Ι Π Ο Λ
Ε Α Σ Δ Α Μ
////// Ν Ο Σ Ξ Ε
Μ Ο Υ Ι Λ
Ι Ε Ρ Ω
Σ

[.......... τὸν π]ρο[στ]|ά[ν]τα α[ὐ]|τῶν. μά[ρ]|τυρες· Ἀ|[γ]ήσων Κ|[ά]λλωνος, | [Ξ]ενόκρ[ι|τ]ος Νίκω|νος, Πόλ|ων Πολυ|[γ]νώτου Σ|[τ]ίρ[ι]οι, Πολ|[έ]ας Δάμ|[ω]νος, Ξε|[ν]ό[φ]ιλ[ος] | Ἱέρω[ν|ο]ς, ...

Apparet lapicidam cum in fronte lapidis maximam partem manumissionis exarasset neque spatium sufficeret, in latus angustum transgressum illic ipsius instrumenti finem et testium nomina incidisse. Sed utrum lapis ita muro alicui immissus sit, ut anticae planiciei titulus lateat, an haec inscriptio in eadem tabula ac n. 41. 42 sit, ex eis quae Lollingius apographo suo ascripsit non apparet. De aetate ac de nonnullis nominibus, quae eadem hic et alibi occurrunt, cf. quae exposui ad n. 35. 36.

44 Marmor album magnopere detritum prope ecclesiam dirutam sitam orientem versus a monasterio S. Lucae Stiriensi; ecclesiam S. Nicolai in arce Stiridis veteris intellegendam esse, etsi Rossius nomen non addit, perspexit Lolling. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 33 n. 75 tab. VII (Rangabé *Ant. Hell.* 1221; Lebas *Inscr.* II, 988; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 76 n. 1540). Lollingius frustra quaesivit.

Ο Ι Κ Υ Ν Α Γ Ο Ι
Ι Σ Τ Ω Ν Σ Ω Ξ Ε Ν Ο Υ
Λ Ρ Ι Δ Α Μ Ο Σ . Ρ Ι Σ Τ Ε Α
Ο . Ρ Α Μ Ο Σ //////////////////////////
Ι Λ Ο Μ Η Λ Ο Σ //////////////////////
Ν Α Σ Ω Ν Φ Α Ι Ν Ε . Α Ο Υ
Ν Α Σ Ι Μ Η Λ Ο Σ Φ Ε Ι Δ Ο / . .
Δ Α Μ //////////////////////////
. Λ Φ //////////////////////////////////
Τ Ι Μ Ο Θ Ε Ο Σ //////////////////

Α Ν Ε Θ Η Κ //////////////////////////

Οἱ κυναγοί
[Ἀρ]ίστων Σωξένου
[Χ]αρίδαμος [Ἀ]ριστέα
[Ὀρ]θ[ό]φαμος ....
[Φ]ιλόμηλος ......
[Μ]νάσων Φαινε[λ]άου
[Μ]νασίμηλος Φειδολ[άου]
Δαι........
[Ἀ]λφ.....
Τιμόθεος ....
ἀνέθηκ[αν].

Vs. 3 supplevit K. Keil Anal. epigr. p. 82, vs. 4 Bechtel. Haec dedicatio manumissionibus n. 35. 36. 39. 42. 43 aliquanto antiquior videtur, tertio a. Chr. n. saeculo exarata.

45 Fragmentum inaedificatum in pariete ecclesiae dirutae S. Nicolai in arce Stiridis veteris. Ed. Mondry Beaudouin *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 449 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 77 n. 1543). Periisse videtur.

ΑΑΦΡΟΔΙΤΑΙ

.... α Ἀφροδίτᾳ.

46 Fragmenta duo lapidis calcarii leucophaei a. 0,21. *a* inaedificatum in sinistra parte portae septentrionalis monasterii S. Lucae Stiriensis. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* 2110 (K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 594; R. Meister ap. Bezzenberger *Beitr.* VI p. 18 n. 42; W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 252*c*; R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 266 n. 825. De Rangabei errore, qui ad ecclesiam S. Lucae in monte Helicone sitam retulit, v. quae exposui vol. I praef. p. VI. Recte inter titulos Phocenses exhibet F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 81 n. 1551). Fragmentum *b*, inaedificatum e regione illius in dextra parte eiusdem portae, exscripsit Lolling.

a

ΑΡΙΣΤ
ΞΕΝΟΙ

b

ΑΝ
ΠΙΩΙ

Ἀρίστ[ων τὰν ἀδελφ]ὰν | Ξενόκ[λειαν Ἀσκλα]πιῷ.

47 In coenobio S. Lucae Stiriensis. Integrum titulum edd. Spon Itin. T. III P. II p. 10; Wheler Itin. p. 323; ex suis schedis Muratori T. I p. CCCCLXXXVIII. 5; Meletius Geogr. p. 333 (Boeckh C. I. G. 1730). Postea lapide fracto frustulum *c* periit, reliqua duo fragmenta (*a b*) diversis locis inaedificata sunt in pariete orientali ecclesiae ab exteriore parte, ubi etiamnunc exstant. Fragmentum *a* solum ed. Leake *Travels in Northern Greece* II p. 531 tab. XX n. 95, *b* adiunxit Rangabé *Ant. Hell.* 1220 (Lebas *Inscr.* II, 989). Utrumque contulit Lolling.

a *c* *b*

ΘΕΟΙΣΣΕΒΑΣΤΟΙΣΚΑΙΤΗΠΟΛΕΙΤΗΝΚΡΗΝΗΝΚΑΙΤΑΠ|ΡΟΣΤΟΥ|ΣΒΑΘΜΟΥΣΚΑΙΤΟ
ΕΠΟΙΚΙΟΝΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ ΕΥΜΑΡΙΔΑΣ|ΑΝΕΘΗ|ΚΑΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΚΑΙΤΗΝΤΟΥΥΔΑΤΟΣΕΙΣΑΓ|ΩΓΗΝ

Dum integer erat lapis hanc habebat formam:

inscriptio

Θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ τῇ πόλει τὴν κρήνην καὶ τὰ πρὸς τοὺς βαθμοὺς καὶ τὸ | ἐποίκιον Ξενοκράτης καὶ Εὐμαρίδας ἀνέθηκαν ἐκ τῶν ἰδίων | καὶ τὴν τοῦ ὕδατος εἰσαγωγήν.

Quum Leakius hunc titulum ad fontem intra ipsum monasterii peribolum profluentem, cuius nemo praeter illum mentionem facit, referat, multo probabilius est, eum fontem intellegendum esse, qui aquae copia insignis medio inter antiquissimi oppidi Stiriorum parietinas (Παλαιοχώρα) et monasterium S. Lucae loco prorumpit; eo enim antiquitus cives usos esse ex Pausania X, 35, 9 discimus: τὸ δὲ ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι τὸ πότιμον ὅσον στάδια τέσσαρα ὑποκαταβαίνοντες λαμβάνουσιν ἐκ πηγῆς· ἡ δὲ ἐν πέτραις ἐστὶν ὀρωρυγμένη, καὶ ἀρύονται κατιόντες ἐς τὴν πηγήν. Sed quo iure Bursianus *Geogr. von Griechenland* I p. 184 ex Pausaniae verbis colligat, tunc eas, quas hic titulus praedicat, structuras nondum fuisse, non intellego, neque inscriptionem illius aetate recentiorem esse probabile est. Namque θεοῖς Σεβαστοῖς in universum dici de omnibus qui se in imperio orbis terrarum excipiunt principibus, neque necessario de compluribus, qui simul imperaverint, Augustis accipiendum esse constat.

48 Basis lapidis calcarii leucophaei, a. 0,90, l. 0,40, c. 0,36, inaedificata in monasterio S. Lucae Stiriensis dextram versus a porta, qua in impluvium monasterii a septentrionibus intratur. Edd. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 33 n. 76 tab. VII; Lebas *Inscr.* II, 991. Contulit Lolling.

...Τ.........
...........ΙΙΑ
..........ΒΗ
.........ΡΘΙ
ΚΟϒΒΡϒΤΑΝΝΙ
ΚΟϒΜΕΓΙϹΤΟϒ
ΓϒΝΑΙΚΑΗϹΤΙ
ΡΙΕΩΝΠΟΛΙϹ
ЄΠΙΑΡΧΟΝΤΩ'
ЄΠΙΚΤΑΤΟϒ
ΤΟϒΦΙΛΙϹΤΙΩ
ϹΕΝΤΟϹΛϒΙ

Quum versus 2—4 a dextra, 5—8 utrimque manifesto integri sint, idem in versus 9—12 non cadere apparet. Namque si quis tres priores ex his sic suppleat, ut Rossius fere fecit: ἐπὶ ἀρχόντω[ν] | Ἐπικτάτου | τοῦ Φιλιστίω[νος], primum quidem pro compluribus archontibus unum modo habeamus, deinde litteris ΝΟϹ supplendis spatium non sufficiat, denique versus duodecimus nullam habeat explicationem. Accedit quod Ἐπίκτατος legibus dialecti neutiquam accommodatum est (vide Ahrens de dial. linguae Graecae II p. 131), etsi haec barbaries non incredibilis est in hominibus, qui Septimii Severi aetate priscum sermonem suscitare conabantur, cuius studii sane nullum aliud hic cernitur vestigium. Sed hae omnes difficultates non possunt expediri nisi statuas basim ex duobus lapidibus compositam duorum hominum imagines sustinuisse, quorum elogia quidem separatim in utroque lapide scripta essent, sed magistratuum eiusque qui curam monumenti faciendi gesserat nomina continuis versibus per ambos lapides transcurrerent. A dextra conicias Septimii Severi statuam fuisse, praesertim cum hunc sollemnem ordinem in mariti et uxoris imaginibus coniunctis fuisse exempla lapidum Olympicorum doceant (cf. quae exposui Olympia V, Inscriptiones p. 508 ad n. 408. 409).

Haec igitur pristina tituli forma fuisse videtur:

[᾿Ιουλίαν Δό]- . . . .
[μναν Σεβασ]- . . . .
[τήν, Αὐτοκράτο]- . . . .
[ρος Καίσαρος] . . . .
[Λουκίου Σεπ]- . . . .
[τιμίου Σεουή]- . . . .
[ρου Εὐσεβοῦς] . . . .
[Περ]τ[ίνακος] . . . .
[Σεβαστοῦ Ἀρ]α- . . . .
[βικοῦ Ἀδια]βη- . . . .
[νικοῦ Πα]ρθι- . . . .
κοῦ Βρυταννι- . . . .
κοῦ μεγίστου . . . .
γυναῖκα, ἡ Στι- . . . .
ρίων πόλις . . . .
ἐπὶ ἀρχόντω[ν .... τοῦ ....],
Ἐπικτᾶ τοῦ [......, ...]
τοῦ Φιλιστίω[νος, ἐπιμελη]-
[θ]έντος Λυ[κ..... τοῦ .....].

Intra annorum 209 et 211 p. Chr. spatium hunc titulum exaratum esse ex cognomine *Britannici*, quo Septimius Severus ornatur, colligendum est.

---

49 Lapis leucophaeus inscriptus litteris grandibus, inaedificatus infra fenestram in porta septentrionali monasterii S. Lucae Stiriensis. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* 339 (Lebas *Inscr.* II, 996; Roehl I. G. A. p. 69 n. 320; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 81 n. 1549; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 232 n. 230 *e*). Exscripsit Lolling.

ΨΑΡΙΜΕΔΕΣ

Χαριμήδης.

---

50 Fragmentum stelae sepulcralis marmoris leucophaei, a superiore parte anthemio ornatae, ante ecclesiam S. Nicolai quae est inter rudera antiqui Stiriorum oppidi. Exscripsit Lolling.

ΛΛΕΝΙΚΑ

[Κα]λλενίκα. Cf. n. 13, 1.

---

51 Tabula longa lapidis calcarii leucophaei, inaedificata in muro orientali monasterii S. Lucae Stiriensis. Ed. Chandler *Inscr.* II p. 82 n. 147 (Boeckh C. I. G. 1748; Lebas *Inscr.* II, 997). Contulit Lolling.


[Υ] Ρ Ρ Ι Χ Ο C

Primam litteram non iam exstare testatur Lolling.

[Π]ύρριχος.

---

52. 53 Tabula lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, a. fere 1,00, l. 0,90, c. 0,45, in ecclesiola S. Georgii prope Stirin (v. ad n. 55). A dextra anaglyphum virum stantem repraesentans, a sinistra locus anaglypho vacuus relictus. Exscripsit Lolling.

52  53

52 Σωτάδης.
53 Καλλιτύχης.

Cave haec nomina coniunctim legas et de Sotade Callityches filio interpreteris. Neque enim moris fuit apud Phocenses homines materna origine designare (v. ad n. 73), et planiciei anticae dispositio indicat, duorum, non unius hominis hoc epitaphium esse. Sic igitur res se habuisse videtur: Sotade mortuo Callityche uxor et illi et sibi monumentum sepulcrale paravit, illius effigiem anaglypho insculpendam curavit, suae locum reliquit, quae tamen post ipsius obitum nescio qua de causa — cogitari possunt multae — non elaborata est. Genetivus in ea aetate, quam litteratura monstrat, quae utique imperatoribus Romanis non antiquior est, nullam habet offensionem.

---

54 Tabula lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, l. 1,00, inaedificata in muro orientali ecclesiae S. Lucae Stiriensis. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* 2108 (K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 594; R. Meister ap. Bezzenberger *Beitr.* VI p. 18 n. 40 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 266 n. 826. De errore Rangabei, quo factum est ut hic titulus in inscriptionum Boeoticarum collectiones irreperet, vide quae dixi vol. I praef. p. VI). Exscripsit Lolling.

Φ Ι Λ Ο Κ Ρ Α Τ Ε Ι Α

Φιλοκράτεια.

---

55 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei, a superiore parte anthemio ornata, inaedificata sinistram versus a porta ecclesiolae S. Georgii sitae viginti quinque minutarum intervallo a monasterio S. Lucae Stiriensis orientem et meridiem versus, quartae partis horae spatio ad orientem ab oppido antiquo Stiriensium. Exscripsit Lolling.

Ε Π Ι
Ξ Ε Ν Ο Ι
rosa *rosa*

Ἐπὶ | Ξενοῖ.

56 Lapis inaedificatus in muro quodam monasterii S. Lucae Stiriensis e regione ecclesiae ab orientali parte, tam excelso loco ut legi de plano vix possit. Exscripsit Lolling.

Ε ΠΙ
ΠΑΡΘΕΝ///Ι

Ἐπὶ | Παρθέν[α]ι.

57 Lapis inaedificatus inversa positura in pariete septentrionali ecclesiae S. Lucae Stiriensis. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* 2109, qui iniuria ecclesiae S. Lucae in monte Helicone sitae ascribit (inde repetiverunt K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 594; R. Meister ap. Bezzenberger *Beitr.* VI p. 18 n. 41; W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 252*b*; R. Meister ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* I p. 266 n. 824; vide quae adnotavi vol. I praef. p. VI). Cum vera originis indicatione Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 34 n. 77 (Lebas *Inscr.* II, 1000; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 81 n. 1550). Exscripsit Lolling.

ΕΠΙΦΙΛΟΞΕΝΑΙ

Ἐπὶ Φιλοξένᾳ.

IV.

BVLIS.

58 Inter rudera Bulidis in fragmento laterculi. Ed. P. Forchhammer Halkyonia p. 27 (Roehl I. G. A. p. 68 n. 317; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 232 n. 230*d*).

ΕΡΓΙΔΙ

....εργιδι...

59. 60 '*In porta aediculae eremitae cuiusdam, in regione veteris Bulidis indice Whelero Itin. p. 325*' Boeckh C. I. G. 1741 (Lebas *Inscr.* II, 999).

ΕΠΙΞΕΝΟΒΟΥΛΗ
ΕΠΙΞΕΝΩΝ

59 Ἐπὶ Ξενοβούλῃ.
60 Ἐπὶ Ξένων[ι].

Satis recentis aetatis lapis esse videtur propter terminationem prioris nominis (n. 59). Nam etsi Pausanias X, 37, 2 Bulidis incolas Phocenses non fuisse testatur, tamen quin dialecto usi sint quae antiquam vocalem ᾱ conservaret non est dubitandum.

V.

DAVLIS.

61 Basis lapidis calcarii leucophaei alta 1,40, lata a superiore parte 0,39, ab inferiore 0,42, crassa 0,28. In superficie duo foramina. Exstat in ecclesia τῶν ἁγίων Ἀναργύρων, quae est in vico *Davlia.* Partis anticae inscriptionem (*a*) ed. Walpole Mem. p. 459 sqq., lateris sinistri angustioris titulum (*b*) Leakius in Walpolii Itin. p. 513 sqq. Inde repetivit Boeckh C. I. G. 1732, qui praeterea partis *a* apographo Koehleriano usus est (Boeckhii exemplum repetivit Franz Elem. Epigr. Graec. p. 280 n. 123). Lapide magis detrito exscripsit Lebas et edidit *Inscr.* II, 815. Minusculis litteris exhibet Leake *Travels in Northern Greece* II p. 627 n. 1. 2. Lebasii exemplum cum lapide contulit et tres primos lateris *b* versus exscripsit Lolling. Quae neque Lollingius neque Lebasius legerunt, ex antiquioribus apographis intra uncos addidimus.

[*Textum vide pag. 16.*]

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Αὐτοκράτορι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Καί|σαρι Σεβαστῷ τὸ β', Γναίῳ Πεδανίῳ Φού|σκῳ Σαλεινάτορι ὑπάτοις, πρὸ θ' | κ(αλανδῶν) Νουεμβρίων ἐκ Χαιρωνείας· | Ζώπυρος Ἀριστίωνος καὶ Παρμένων | Ζωπύρου οἱ ἔγδικοι τῆς Δαυλιέων πό|λεως ἐμαρτυροποιήσαντο ἀπόφασιν | ἀντιγεγράφθαι τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Τ(ίτου) Φλαου|ίου Εὐβούλου τὴν ὑπογεγραμμένην. |

Τ(ίτος) Φλάουιος Εὔβουλος, ὁ δοθεὶς κριτὴς καὶ ὁρι|στὴς ὑπὸ Κασίου Μαξίμου ἀνθυπάτου καὶ τηρη|θεὶς ὑπὸ Οὐαλερίου Σεουήρου ἀνθυπάτου μετα|ξὺ Ζωπύρου τοῦ Ἀριστίωνος καὶ Παρμένωνος | τοῦ Ζωπύρου καὶ Μεμμίου Ἀντιόχου περὶ χώρας | ἀμφισβητουμένης, ἀκούσ(ας) ἑκατέρου μέρους | ἐφ' ὅσον ἐβούλοντο καὶ ἐπὶ τὴν αὐτοψίαν ἐλθών, | κελεύσαντός με ἀποφήνασθαι Κλωδίου Γρα|νιανοῦ τοῦ κρατίστου ἀνθυπάτου, κρείνω

a

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΤΡΑΙΑΝΩΑΔΡΙΑΝΩΚΑΙ
ΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΤΟΒΓΝΑΙΩΠΕΔΑΝΙΩΦΟΥ
ΣΚΩΣΑΛΕΙΝΑΤΟΡΙ ΥΠΑΤΟΙΣ ΠΡΟΘ
Κ ΝΟΥΕΜΒΡΙΩΝ ΕΚΧΑΙΡΩΝΕΙΑΣ
ΖΩΠΥ[ΡΟ]ΣΑΡΙ[ΣΤΙ]Ω[ΝΟΣΚΑ]ΙΠΑΡΜΕΝΩΝ
ΖΩΠΥ[ΡΟΥΟΙΕΓΔΙΚΟΙΤΗΣ]ΔΑΥΛΙΕΩΝΠΟ
ΛΕΩΣΕ[ΜΑ]ΡΤΥ[ΡΟΠΟΙΗΣΑΝΤ]ΟΑΠΟΦΑΣΙΝ
ΑΝΤΙΓΕ[ΓΡΑΦ]ΘΑΙ[ΤΗΝΔΟΘΕΙΣ]ΑΝΥΠΟΤΦΛΑΟΥ
ΙΟΥΕΥΒΟΥΛΟΥ[ΤΗΝΥΠΟ]ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗΝ
ΤΦΛΑΟΥΙΟΣΕ[ΥΒΟΥΛΟΣ]ΟΔΟΘΕΙΣΚΡΙΤΗΣΚΑΙΟΡΙ
ΣΤΗΣΥΠΟΚΑ[ΣΙ]Ο[ΥΜΑΞΙΜΟΥΑ]ΝΘΥΠΑΤΟΥΚΑΙΤΗΡΗ
[Θ]ΕΙΣΥΠΟΟΥ[ΑΛΕΡΙΟΥΣΕΟΥΗ]ΡΟΥΑΝΘΥΠΑΤΟΥΜΕΤΑ
[ΞΥ]ΖΩΠΥΡΟΥ[ΤΟΥΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΚΑ]ΙΠΑΡΜΕΝΩΝΟΣ
ΤΟΥΖΩΠ[ΥΡΟΥΚΑΙΜΕΜΜΙΟΥ]ΑΝΤΙΟΧΟΥΠΕΡΙΧΩΡΑΣ
ΑΜΦΙΣΒΗΤΟ[ΥΜΕΝΗΣΑΚΟΥΣ]ΕΚΑΤΕΡΟΥΜΕΡΟΥΣ
ΕΦΟΣΟΝΕΒΟΥ[ΛΟΝΤΟΚΑΙΕΠΙ]ΤΗΝΑΥΤΟΨΙΑΝΕΛΘΩΝ
ΚΕΛΕΥΣΑΝΤΟΣ[ΜΕΑΠΟΦΗΝΑ]ΣΘΑΙΚΛΩΔΙΟΥΓΡΑ
ΝΙΑΝΟΥΤΟΥ[ΚΡΑΤΙΣΤΟΥΑΝΘΥ]ΠΑΤΟΥΚΡΕΙΝΩΚΑΘΩ[Σ]
ΥΠΟΓΕΓΡΑΠΤΑ[ΙΑΓΡΟΥΔΡ]ΥΠΠΙΟΥΟΝΗΓΟΡΑΣ[Ε]
ΠΑΡΑΤΩΝ[ΚΛΕΑΣΚΛΗΡΟΝΟΜ]ΩΝΜΕΜΜΙΟΣΑΝΤΙΟ
ΧΟΣΚΑ[ΤΑΛΑΒΟΜΕΝΟΣ]Ε[ΚΤ]Ω[Ν]ΕΠΙΜΕΚΟΜΙΣΘΕ[Ν]
ΤΩΝΓΡΑΜΜΑΤ[ΩΝΠΡΟΣΗΚΕΙΝΑΝΤΙ]ΟΧΩΠΛΕΘΡΑ<
ΦΩΚΙΚΑΥΛ[ΕΟΣΑΑΝΕΥΡΕΘΗ]ΠΛΕΙΩΤΟΥΤΩΝ
ΚΡΕΙΝΩΕΙΝΑΙ[ΤΗΣΔΑΥΛΙΕΩΝ]ΠΟΛΕΩΣ ΟΜΟ
ΙΩΣΑΓ[ΡΟΥ]Ε[ΥΞΥΛΕΙΑΣΠΛΕΘΡ]ΑΥΛΚΡΕΙΝΩ
ΕΙΝΑΙΑ[ΝΤΙΟΧΟΥΤΑΔΕΛΟΙΠΑΤΗ]ΣΠΟΛΕΩΣΕΙ
ΝΑΙΧΩΡΙΩ[ΝΠΛΑΤΑΝΟΥΚΑΙΜ]ΟΣΧΟΤΟΜΕΩΝ
ΠΛΕΘΡ[ΑΣΛΚΡΕΙΝΩΕΙΝΑΙΑΝΤ]ΙΟΧΟΥΤΑΔΕΛΟΙ
ΠΑΤΗ[ΣΠΟΛΕΩΣΤΗΝΔΕΑΡΧΗ]ΝΤΗΣΜΕΤΡΗ[ΣΕΩΣ]
ΚΡΕΙ[ΝΩΓΕΝΕΣΘΑΙΤΗΣΧΩΡΑ]ΣΟΘΕΝΑΝΒΟΥ
[Λ]Η[ΤΑΙΑΝΤΙΟΧΟΣΕΝΕΚΑΤΕΡ]ΩΝΤΩΝΑΓΡΩΝ
[ΔΡ]ΥΠ[ΠΙΩΚΑΙΕΥΞΥΛΕΙΑΕ]ΝΔΕΠΛΑΤΑΝΩ<
[Κ]ΑΙΜΟΣ[ΧΟΤΟΜΕΑΙΣΜΙΑΕΠ]ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣΑΡ
ΧΗΤΗΣ[ΜΕΤΡΗΣΕΩΣΕΣΤ]ΑΙΜΕΤΡΟΥΜΕΝΩΝ
[ΑΠΟ]ΤΗ[ΣΔΟΘΕΙΣΗΣΑΡΧΗΣΤΩΝΕΦ]ΕΞΗΣΜΗ
Ε[ΛΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝΤΑΙΣΜΕΤΡΗΣΕ]ΣΙΝΑΠΑΣΑΙΣ
ΜΗΤΕΡΕ[ΙΘΡΩΝΜΗΤΕΟΣΑΤΡΑΧΕ]ΑΟΝΤΑΚΑΙ
ΜΗΔΥΝ[ΑΜΕΝΑΓΕΩΡΓΕΙΣΘΑΙΥ]ΠΕΡΔΕΚΑΣ[ΦΥ]
[ΡΑΣ]ΕΣΤ[ΙΝ ΠΑΡΗΣΑΝΤΦΛΑΟΥ]ΙΟΣΕΥΒΟΥ
ΛΟΣΑΠΕ[ΦΗΝΑΜΗΝΚΑΙΕΣΦΡΑΓΙΣΜΑΙ]Λ'ΜΕΣ
ΤΡΙΟΣΣΩ[ΚΛΑΡΟΣΚΛΕΟΜΕΝΗΣ]ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ
ΝΕΙΚΩΝΣΥ[ΜΦ]Ο[ΡΟΥΛΑΜΠΡΙΑΣ]ΝΕΙΚΩΝΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΣΑΝΤ[ΙΠΑΤΡΟΥ]ΣΩΣΙΒΙΟΣΔΡΑΚΩ
ΝΟΣ ΝΕΙΚΩΝΑΛ[ΕΞΑΝΔΡ]ΟΥΛΕΩΝΘΕΟΔΟ
ΤΟΥΚΑΛΛΩΝΦΥΛΑ[ΚΟΣΚΑΣ]ΣΙΟΣΜΑΡΤΙΑΝΟΣ

ΨΗΦΙΣΜΑΤΙΤΗΣΠΟΛΕΟΣ

b

ΟΔΟΣΔΕΗΕΠΙΤΟΝ<
ΑΡΧΑΓΕΤΗΝΕΞΕΙΠΛΑ
ΤΟΣΚΑΛΑΜΟΥΣΔΥΟ
ΤΑΔΕΣΗΜΕΙΑΚΑΙΤΟΥ.
ΟΡΟΥΣΤΗΣΜΕΤΡΗΣΕ
ΩΣΕΝΧΑΡΑΞΟΥΣΙΚΟ.
ΝΗΕΝΤΟΣΤΗΣΕΙΚΑΔΟ[Σ]
ΤΟΥΔΩΔΕΚΑΤΟΥΜΗ
ΝΟΣΗΜΩΝΟΤΑΝΕΝ
ΧΑΡΑΧΘΩΣΙΝΕΠΕΛΕ[Υ]
ΣΟΜΕΝΩΝΑΥΤΟΥΣ
ΠΕΡΙΑΓΡΟΥΔΡΥΠΠΙΟ[Υ]
ΚΑΤΑΤΗΝΠΡΟΚΟΜΙΣΘ..
ΣΑΝΧΕΙΡΑΥΠΟΣΕΡΑ...
ΑΔΟΣΖΩΠΥΡΟΥΤΟΥ
ΕΓΔΙΚΟΥΚΑΙΤΩΝΠΕΡ[Ι]
ΦΙΛΩΝΑΣΩΣΙΚΡΑΤΟΥ[Σ]
ΚΑΙΔΑΜΩΝΑΖΩΠΥ
ΡΟΥΑΡΧΟΝΤΩΝΚΡΕΙΝ.
ΜΕΝΕΙΤΙΛΕΙΠΕΙΤΩΑ
ΡΙΘΜΩΕΚΤΗΣΑΠΟΦΑ
ΣΕΩΣΤΗΣΕΥΒΟΥΛΟΥ
ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΩΝΤΡΙΑΚ
ΤΑΠΕΝΤΕΠΛΕΘΡΩΝ
ΤΟΥΤΟΥΕΧΕΙΝΑΠΑΙΤΗ
ΣΙΝΣΕΡΑΠΙΑΔΑΑΠΟ
ΤΗΣΔΑΥΛΙΕΩΝΠΟΛΕ
ΩΣ ΠΑΡΗΣΑΝ
ΚΟΥΡΡΙΟΣΑΥΤΟΒΟΥ
ΛΟΣΚΕΚΡΙΚΑΚΑΙΤΙ...
ΤΗΝΠΡΩΤΗΝΕΣΦΡΑ
ΓΙΣ=ΝΕΙΚΕΙΦΟΡΟΣΛ
ΚΟΜΗΔΟΥΣΚΕΚΡΙΚΑ
ΑΓΑΣΙΑΣΤΕΙΜΩΝΟΣ
ΚΕΚΡΙΚΑ ΠΑΙΛΙΟΣ
ΔΑΜΟΞΕΝΟΣΕΣΦΡΑ
ΓΙΣΑΤΕΤΑΡΤΗΝΕΙΣΙΔ
ΠΕΜΠΤΗΝΜΗΤΡΟΔΩ
ΡΟΣΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΥΑΝ
ΤΙΚΥΡΕΥΣ ΝΕΙΚΑΡΕ
ΤΟΣΠΙΣΤΟΥΤΙΘΟΡΕΥ[Σ]
ΤΥΡΑΝΝΟΣΤΥΡΑΝΝΟΥ
ΕΣΦΡΑΓΙΣΜΑΙΑΚΙΝΔ[Υ]
ΝΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΣΤ[Ι]
ΘΟΡΕΥΣ ΣΕΞ ΚΟΡΝ[ΗΛΙ]
ΟΣΑΞΙΟΧΟΣ ΕΥΝΟΥ[Σ]
ΕΠΑΦΡΑ ΚΑΛΛΙΓΕΝΗ[Σ]
ΚΛΕΟΝΕΙΚΟΥΕΣΦΡΑΓΙ[ΚΑ]
ΤΙΘΟΡΕΥΣ

Uncis saepsi eas litteras, quas iam Lebasius non invenit in lapide. Praeterea Lollingius fines versuum in latere *b* magis etiam mutilas repperit, ut hae litterae non iam agnoscerentur: Vs. 53 Ο || vs. 60 Θ || vs. 64 Υ || vs. 72 ΤΗ praeter sinistram partem lineae transversae ‾//// || vs. 80 Α || vs. 81 ΟΣ vs. 82 Σ || vs. 85 Ω || vs. 86 Ν || vs. 94 ΝΗ || vs. 95 ΓΙ.

καθὼς | ὑπογέγραπται· ἀγροῦ δρυππίου, ὃν ἠγόρασε | παρὰ τῶν Κλέας κληρονόμων Μέμμιος Ἀντίο|χος, καταλαβόμενος ἐκ τῶν ἐπί με κομισθέν|των προσήκειν Ἀντιόχῳ πλέθρα | Φωκικὰ υλε´, ὅσα ἂν εὑρεθῇ πλείω τούτων, | κρείνω εἶναι τῆς Δαυλιέων πόλεως. ὁμο|ίως ἀγροῦ εὐξυλείας πλέθρα υλ´ κρείνω | εἶναι Ἀντιόχου, τὰ δὲ λοιπὰ τῆς πόλεως εἶ|ναι. χωρίων πλατάνου καὶ μοσχοτομεῶν | πλέθρα σλ´ κρείνω εἶναι Ἀντιόχου, τὰ δὲ λοι|πὰ τῆς πόλεως. τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς μετρήσεως | κρείνω γενέσθαι τῆς χώρας, ὅθεν ἂν βού|ληται Ἀντίοχος ἐν ἑκατέρῳ⟨ν⟩ τῶν ἀγρῶν, | δρυππίῳ καὶ εὐξυλείᾳ, ἐν δὲ πλατάνῳ | καὶ μοσχοτομέαις μία ἐπ᾽ ἀμφοτέροις ἀρ|χὴ τῆς μετρήσεως ἔσται, μετρουμένων | ἀπὸ τῆς δοθείσης ἀρχῆς τῶν ἐφεξῆς, μὴ | ἐλλογουμένων ταῖς μετρήσεσιν ἁπάσαις | μήτε ῥείθρων μήτε ὅσα τραχέα ὄντα καὶ | μὴ δυνάμενα γεωργεῖσθαι ὑπὲρ δέκα σφύ|ρας ἐστίν. παρῆσαν·

Τ(ίτος) Φλαύιος Εὔβου|λος ἀπεφηνάμην καὶ ἐσφράγισμαι.
Λ(ούκιος) Μέσ|τριος Σώκλαρος
Κλεομένης Κλεομένους |
Νείκων Συμφόρου
Λαμπρίας Νείκωνος |
Ζώπυρος Ἀντιπάτρου
Σωσίβιος Δράκω|νος
Νείκων Ἀλεξάνδρου
Λέων Θεοδό|του
Κάλλων Φύλακος
Κάσσιος Μαρτιανός
Ψηφίσματι τῆς πόλεως.

Ὁδὸς δὲ ἡ ἐπὶ τὸν | ἀρχαγέτην ἕξει πλά|τος καλάμους δύο. | τὰ δὲ σημεῖα καὶ τού[ς] | ὅρους τῆς μετρήσε|ως ἐνχαράξουσι κο[ι]|νῇ ἐντὸς τῆς εἰκάδος | τοῦ δωδεκάτου μη|νός, ἡμῶν ὅταν ἐν|χαραχθῶσιν ἐπελευ|σομένων αὐτούς. | περὶ ἀγροῦ δρυππίου | κατὰ τὴν προκομισθ[εῖ]|σαν χεῖρα ὑπὸ Σερα[πι]|άδος Ζωπύρου τοῦ | ἐγδίκου καὶ τῶν περὶ | Φίλωνα Σωσικράτους | καὶ Δάμωνα Ζωπύ|ρου ἀρχόντων κρείν[ο]|μεν, εἴ τι λείπει τῷ ἀρι|θμῷ ἐκ τῆς ἀποφά|σεως τῆς Εὐβούλου | τετρακοσίων τριάκο[ν]|τα πέντε πλέθρων, | τούτου ἔχειν ἀπαίτη|σιν Σεραπιάδα ἀπὸ | τῆς Δαυλιέων πόλε|ως. παρῆσαν· |

Κούρριος Αὐτόβου|λος κέκρικα καὶ ⟨τ[ὴν]⟩ | τὴν πρώτην ἐσφρά|γισ(α)
Νεικειφόρος Λυ|κομήδους κέκρικα |
Ἀγασίας Τείμωνος | κέκρικα
Π(όπλιος) Αἴλιος | Δαμόξενος ἐσφρά|γισα τετάρτην
Εἰσίδ(ωρος) | πέμπτην
Μητρόδω|ρος Ἀπολλοδότου Ἀν|τικυρεύς
Νεικάρε|τος Πίστου Τιθορεύς
Τύραννος Τυράννου | ἐσφράγισμαι
Ἀκίνδυ|νος Καλλικράτους Τι|θορεύς
Σέξ(τος) Κορνήλι|ος Ἀξίοχος
Εὔνους | Ἐπαφρᾶ
Καλλιγένης | Κλεονείκου ἐσφράγικα | Τιθορεύς.

Duae hac tabula continentur sententiae ad duas lites spectantes, quarum sane altera ex altera nata videtur, alia ab aliis iudicibus pronuntiata, prior a T. Flavio Eubulo (vs. 9. 11. 40), altera a Curio Autobulo collegisque (vs. 76 sqq.).

I (vs. 1—47). De quattuor fundis, ex quibus duo (δρύππιος et εὐξυλεία) ἀγροί vocantur, reliqui duo (μοσχοτομέαι et πλάτανος) arboribus consitae fuisse videntur, lis orta erat inter Memmium Antiochum quendam et civitatem Dauliensium, quia ni fallor Antiochus hos fundos totos suos esse aiebat, cum civitas aliquam partem publicam esse contenderet. Quam rem ut causa cognita diiudicaret sub finem principatus Traiani Cassius Maximus proconsul Achaiae mandaverat T. Flavio Eubulo, apud quem Zopyrus Aristionis f. et Parmeno Zopyri f. civitatis nomine causam orabant. Qui quod ἔγδικοι τῆς Δαυλιέων πόλεως vocantur (vs. 7), Boeckhius quidem patronos huius ipsius litis causa a Dauliensibus electos intellegit. Sed hoc oratorum genus principatus temporibus συνδίκων potius nomine significatur (χειροτονείτω συνδίκους ὁ δῆμος C. I. A. III, 38, 55); quod contra ἔκδικος perpetuus magistratus est, qui apud praesidem provinciae iura et causas civitatis suae defendit, cf. Plin. ep. X, 110, 1: *Ecdicus, domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta milia donata ei publice ante viginti annos bule et ecclesia consentiente, utebaturque mandatis tuis, quibus eiusmodi donationes vetantur* (all. a Marquardtio *Röm. Staatsverwaltung* I p. 214 not. 8). Neque est, cur in titulo Dauliensi aetate suppari vocabulum aliter intellegatur. Iam cum et Cassii Maximi et eius, qui hunc excepit, Valerii Severi (vs. 12) proconsulatus praeteriisset, priusquam causa cognosceretur, huius demum successor Clodius Granianus (vs. 18) Eubulum sententiam pronuntiare iussit. Eius sententiae, quae Chaeroneae pronuntiabatur, apographum a. d. IX Cal. Novembres 118 p. Chr. Daulida transmiserunt Zopyrus et Parmeno defensores civitatis, ut huic tabulae incideretur, id quod factum est ex decreto senatus populique (vs. 47).

II. Quae in dextero latere (vs. 48—96) incisa sunt, ea etsi simplici particula δέ prioribus illis annectuntur, tamen non posse ad idem iudicium spectare cum ex nominibus subscriptis (vs. 40—46 et vs. 75—96), quorum ne unum quidem utrobique redit, tum ex argumento collegit Boeckhius. Immo hoc alterum esse arbitrium, quo illius prioris partes quaedam accuratius definiantur et suppleantur. Sed errare videtur, quod illorum nominum subscriptorum vim plane diversam fuisse vult utroque loco, etsi hic et illic eadem vox παρῆσαν usurpatur. Nempe prius iudicium ab uno Eubulo pronuntiatum esse manifestum est, ut illos decem, qui praeterea adfuerunt, testium modo officio fungi appareat. Quod contra Curium Autobulum una cum illis undecim, quorum designatio ipsius nomen subsequatur, alteram sententiam pronuntiasse. At, quod mihi quidem non neglegendum videtur, inter hos alii quidem iudicasse (κέκρικα) aut signasse (ἐσφράγικα πρώτην, τετάρτην, πέμπτην) se scribunt, alii nuda nomina ponunt. Qua de re animadvertere licet, hos plerosque Tithorenses aut Anticyrenses vocari, illos vero omnes praeter unum Calligenem Cleonici f. Tithorensem (vs. 94—96) ethnicis carere, ut Daulienses esse colligendum sit. Quare hos quidem septemviros, Curium Autobulum, Nicephorum Lycomedis f., Agasiam Timonis f., P. Aelium Damoxenum, Isidorum, Tyrannum Tyranni f. Daulienses et Calligenem Cleonici f. Tithorensem, arbitros fuisse iudico, qui litigantium consensu electi in ipsa Dauliensium civitate de nonnullis rebus, quae ambiguae manserant in illo Eubuli arbitrio, decernerent, reliquos quinque testes huic negotio affuisse.

Ac prima quidem huius sententiae pars (vs. 47—58), quae est de via dimetienda et terminis ponendis, nihil habet obscuritatis. Altera vero (vs. 59—75) difficultatibus quibusdam implicata est maxime, quia haec ad Antiochi cum populo Dauliensi controversiam spectare apparet ac tamen illius nomen hic non legitur. Quod vero Boeckhius sibi persuasit, hic hominem, cui Serapias Zopyri f. nomen esset quique Antiochi causam coram arbitris defendisset, commemorari, id cum aliis gravissimis de causis incredibile est, tum quia Σεραπιάς manifesto mulieris, non viri nomen est. Quare neque Ζωπύρου a Σεραπιάς pendet, sed a χεῖρα, neque τοῦ ἐκδίκου ad Σεραπιάδος refertur, sed ad Ζωπύρου, qui sine dubio non diversus est a Zopyro Aristionis f. defensore civitatis (vs. 6), ut totius enuntiati vis haec sit: 'cum Serapias litteras manu Zopyri defensoris civitatis et archontum Philonis Sosicratis f. et Damonis Zopyri f. scriptas protulisset'. Sic igitur res se habebat: Paullo post Eubuli sententiam pronuntiatam Antiocho defuncto eius res familiaris hereditate ad Serapiada filiam pervenit. Iam cum iudex a proconsule datus eius agri, qui δρύππιος vocabatur, quadringenta triginta quinque plethra Antiocho adiudicasset, quod eum numerum excederet populo Dauliensium, dimensione facta repertum est, totum agrum eam mensuram non explere. Inde nova lis orta inter civitatem, quae Serapiada minore numero contentam esse iubebat, et ipsam, quae ut quod deesset, aliunde sibi populus suppleret, postulabat. Atque arbitri secundum eam iudicabant freti litteris defensoris et magistratuum ab ea prolatis, ex quibus apparebat, etsi in sententia Eubuli nihil definite de ea re scriptum erat, tamen hoc menti arbitri magis accommodatum esse, ut Antiochus utique ne minus quadringentis triginta quinque plethris acciperet. Quae interpretatio si vera est, haud exiguum momentum addit Boeckhii opinioni, aliquantum temporis inter Eubuli iudicium et hanc Curii Autobuli et collegarum sententiam intercedere, ita ut nullo modo duodecimus mensis (vs. 55) eiusdem anni intellegi posset, cuius mense Octobre ad finem vergente (vs. 4. 5) Eubuli decretum Chaeronea Daulida missum est, ut lapidi incideretur.

62 Daulide in ecclesia (S. Theodori) sita in orientali clivo collis praerupti, qui olim arcem veteris Dauliensium oppidi sustinebat. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 37 n. 82 tab. VII (Rangabé *Ant. Hell.* 770*g*; Lebas *Inscr.* II, 814; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 68 n. 1526). Ex illius ecclesiae parietinis anno 1844, quum in ipso vico *Davlia* nova aedes τῶν ἁγίων Ἀναργύρων aedificaretur, omnes qui ad hanc rem utiles videbantur, lapides evolsi et in ea structura consumpti sunt, quo factum est, ut tituli a Rossio lecti n. 62. 64. 66. 67. 73 evanescerent.

ΤΟΝ . . ΣΠ
ΠΡΟΔΙΚΙΑΝΕΠ ι ι
ΟΣ . . ΙΤΑΙΤΟΙΣΑ
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΠΡΟΞΕΝΙΑΣ ΟΓ

[. . . . . αὐτῷ καὶ ἐκγ]όν[οι]ς π[ροξενίαν, πολιτείαν, προεδρίαν], | προδικίαν, ἐπι[νομίαν, ἀσυλίαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα] | ὅσ[α κα]ὶ τοῖς ἄ[λλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις] | τᾶς πόλιος [τᾶς Δαυλιέων ὑπάρχει. ἔγγυοι τᾶς] | προξενίας· Θε . . . .

In supplementis aliquantum deflexi a Rossii ratione, quem Bechtelius secutus est, maxime propter ambitum partis deletae, de quo ex versu 3 satis certa coniectura fieri potest. Vs. 2 fin. ἐ(γκ)τ[ησιν γᾶς καὶ οἰκίας Ross et Bechtel, sed non est, cur in transscribendo erratum esse statuamus.

---

63 Marmor leucophaeum, a. 0,25, l. 0,30, inaedificatum inversa positura in ecclesiola diruta S. Taxiarchis in orientali clivo collis, qui quondam sustinebat Dauliensium arcem. Ed. P. Paris *Bull. de corr. Hell.* XVIII (1894) p. 53 n. 1. Exscripsit Lolling.

ΘΑΝΑΡΧΟΝΤΟΣΕ
ΣΤΟΥΤΕΙΜΑΓΟΡΟΥΕΝ/
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΒΟΥΛΑΡΧΕ
ΦΙΛΟΝΙΚΟΥΜΗΝΟΣΔΕΚΑΤ
ΙΣΑΝΤΟΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΠΟ
ΩΝΟΣΕΥΑΝΔΡΑΕΠΑΡΜΟΣΤΟΥ
ΣΤΕΙΜΟΚΡΑΤΕΙΑΝΑΡΙΣΤΑΡ>
- ΠΙΤΑΝΙΔΙΑΝΙΣΤ/////ΝΜΑΡ

[Θεὸς τύχαν ἀγα]θάν. Ἄρχοντος ἐ[ν Δαυλίᾳ | . . . . εο]ς τοῦ Τειμαγόρου, ἐν [ἐννόμῳ | ἐκκλησίᾳ] τᾶς πόλιος, βουλαρχέ[οντος | . . . . . . τοῦ] Φιλονίκου, μηνὸς δεκάτ[ου, | . . . .]ίσαντο κατὰ τὸν νόμον Πο . . . . | . . . . . . ωνος, Εὐάνδρα Ἐπαρμόστου [τᾶς | ἰδίας δούλα]ς Τειμοκράτειαν, Ἀριστάρχ[αν, | καλέσαντες] ἐπὶ τὰν ἰδίαν ἱστ[ία]ν. μάρ[τυρες· . . . . . .].

Paris quum hunc titulum de muliere nescio qua ad cenam aut convivium privatim invitata interpretaretur, vs. 5 init. [ἐκαλέ]σαντο supplevit, admonens formularum καλέσαι ἐπὶ ξένια et ἐπὶ τὰν κοινὰν ἑστίαν in titulis perfrequentium. Sed mirum in modum neglexit, maximum momentum hic habere publicae et privatae invitationis discrimen, ut illam lapidi inscribi sollemne sit ac legitimum, hanc omnium maxime incredibile. Quid dicam de magistratuum nominibus praemissis, de comitiorum mentione, de formula κατὰ τὸν νόμον, de testibus adhibitis, quae omnia in illa interpretatione ineptissima sunt? Atqui cum appareat, hic dici de negotio aliquo publice et sollemniter, neque vero a populo aut senatu aut magistratibus, sed a duobus privatis hominibus, quorum nomina vs. 5. 6 nominativo casu leguntur, peracto, quis dubitabit, quin manumissionis instrumentum teneamus, quo litterarum genere nihil est per illas regiones frequentius? De verbo vs. 5 reponendo sane res ambigua est; nam quod in mentem venit [ἀπηλευθερ]ίσαντο, in eo ἀπελευθερίζω quidem pro volgari ἀπελευθερόω dialecto convenit (cf. ἀπελευθερισμός n. 109, 12), sed medium activi loco usurpatum quomodo defendam non habeo. Postremus versus solemnem aliquam manumissionis formam indicat, de qua nusquam alibi his aut similibus verbis mentio fit. Nempe hospitium non poterat intercedere nisi inter liberos; qui igitur paterfamilias coram testibus servum suum mensae hospitali adhibebat, ea re significabat, se eum liberum esse velle. Nota est Romanorum *manumissio per mensam*; sed nescio, an apud Graecos quoque vestigia similis instituti lateant in illis verbis, quae per Thessaliam vicinasque regiones perfrequenter leguntur in servorum manumissionum laterculis ἀπελευθερωθεὶς ξενικῇ λύσει aut ξενικῇ λυτρώσει, in quibus nomen substantivum plerumque omittitur. Praescripta vs. 1—4 ad manumissionem in comitiis publice pronuntiatam spectare non est, quod moneam.

---

64 Lapis inaedificatus in ecclesiola S. Theodori. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 36 (Lebas *Inscr.* II, 813; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 68 n. 1525). Periisse videtur (v. ad n. 62).

ΤΟΣΕΝΔΑΥΛΙΑΘΕΟΔΩΡΙΔΑ
ΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣΕΝΩΤΑΤΟΥΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΕ . . . .

[Ἄρχον]τος ἐν Δαυλίᾳ Θεοδωρίδα [τοῦ . . . ., β]ουλαρχέοντος [Γ]νωτᾶ τοῦ Ἀριστίωνος, ἐ[ν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ . . . .].
Vs. 2 med. nomen emendavit Bechtel.

---

65 '*Daulide in lapide; Cyriac. p. XXXII n. 212 versibus non distinctis, et ex schedis Cyriaci Barberinis Murat. T. II p. DXCIV. 1, ex quo versuum divisionem dedi. Attigit Corsinus F. A. T. II p. 442*' Boeckh C. I. G. 1725 (Lebas *Inscr.* II, 811; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 67 n. 1524). Periisse videtur.

ΤΟΥΠΑΤΡΩΝΟΣΒΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΚΛΕΟΥΣΜΗ
ΝΟΣΔΟΜΟΥΙΕΡΗΤΕΥΟΥΣΑΣΤΑΑΘΑΝΑΠΑΤΟΠΛΟΥΤΑΣΙΕ
ΡΟΓΛΑ . . . . . ΕΝΝΟΜΩΕΥΣΑΔΙΑΕΞΕΤΡΕΥΣΑΣΤΟΥΣΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ
ΜΑΡΤΥΡΕΣΑΓΕΔΑΜΟΣΠΥΘΕΑΚΑΛΛΙΚΛΗΣΦΙΛΩΝΟΣ
ΤΕΙΜΑΤΟΡΟΣΤΑΝΤΟΣΔΑΥΛΙΕΙΣ

[Ἄρχοντος ἐν Δαυλίᾳ . . . .] τοῦ Πάτρωνος, βουλαρχέοντος Καλλικλέους, μη|νὸς (ἑβ)δόμου, ἱερητευούσας τᾶ Ἀθάνᾳ [Δικ]α[ι]οπλούτας, Ἱε|ρό[κ]λ[ει]α . . . . ἐλευθέρους. | μάρτυρες· Ἀγέδαμος Πυθέα, Καλλικλῆς Φίλωνος, | Τειμά[γ]ορος [Θ]ά[λη]τος, Δαυλιεῖς.

Verba tituli foedissime corrupta non possunt probabiliter restitui nisi ex parte. Vs. 1 Πάτρωνος non archontis nomen esse sed patris, articulus demonstrat. Vs. 2 sub finem Δικαιοπλούτας nomen, quod in titulo Thessalico legitur (v. indicem), satis certa ratione restitui; multo violentius Bechtel (τ)ᾷ (Π)ο(λιάδι) Πλουτα(ρχία)ς. Minus certum est quod sequitur nomen, sed id utique ab Ἱερο . . . . initium cepisse videtur. Ipsam manumissionis formulam non magis expedio quam Boeckhius aut Bechtelius, nisi quod in litteris ΑΕΞΕΤΡΕΥΣΑΣΤΟ latere videtur ἃ ἐξε[θ]ρέ[ψ]α[ν]το (cf. n. 66, 5). Quod si et hinc et ex aliis exemplis apparet, apud Cyriacum consonarum Τ et Θ commutationem neutiquam inauditam esse, tertii testis patri Θάλης nomen fuisse non improbabile videbitur.

66 Tabula marmorea pedem et dimidium alta, duos pedes et octo pollices lata, admodum detrita, transversa infixa parieti ecclesiae S. Theodori in arce antiqua Dauliensium. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 35 n. 81 tab. VIII (Lebas *Inscr.* II, 812; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 66 n. 1523). Periisse videtur (v. ad n. 62).

////////////// Ο // Ν //////////////////////////////
ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΔΑΥΛΙΑΝΙΚ //
ΟΝΤΟΣΦΙΛΩΝΟΣΤΟΥΓΝΩ.Ω //
.ΑΛΑΩ.ΜΆΣΙΑΔΑΙΡΟΦΙΛΩΝΟΣΔΑΥΛΙΕΙΣΝΟΕΟΝΤΕΣΚΑΙ.ΡΟΝΕΟΝΤΕΣ
ΑΝΕΘΗΚΑΝΤΑΑΘΑΝΑΙΤΑΙΠΟΛΙΑΔΙΛΕΞΕΘΡΕΥΑΝΤΟΣΩΝΑΤΑΟΙΣΟΝΟΜΑΤΑ
ΕΣΣΤΙΣΩΣΙΚΡΑΤΗΣΕΠΙΕ.ΤΗΣΩΣΔΩΔΩΡΟΣΜΝΑΣ ////////////////////////////// ΤΗΡ
ΤΟ..ΟΥΣΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣΕΙΜΕΝΠΑΝΤΑΣΤΟΥΣΠΑΙΟΥΣ.ΡΕ ////// ΤΟΥΣΜΗΚΑΤΑ
ΔΟΥΛΙΞΑΣΣΤΩΔΕΜΗΘΕΙΣΤΟΥΤΟΥΣΟΥΣΑΝΕΘΒΚΕΚΑΛΛΩΝΚΑΙΔΑΜΟ////
ΑΘΑΝΑΙΤΑΙΠΟΛΙΑΔΙΜΗΔΕΚΑΘΟΠΟΙΟΝΤΡΟΠΟΝΕΙΔΕΤΙΣΚΑΤΑΔΟΥΛΙΖΟΙ
.ΟΥΣΑΝΑΤΕΘΕΚΑΝΤΙΚΑΛΛΩΝΚΑΙΔΑΜΩΝΤΑΥΠΑΡΧΟΝΤΑΤΟΥΤ...
.ΙΑΓΕΝΟΜΕΝΑ.ΕΡΝΑΕΚΤΟΥΤΩΝΗΤΑΓΕΝΟΜΕΝΑΤΕΡΝΑΕΚΤΟΥΤΩΝΕΣ
ΣΤΩΣΑΝΕΛΕΥΘΕΡΟΙΕΞΕΣΤΩΤΩΘΕΛΟΝΤΙΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙΦΩΚΕΩΝΑΝΥΠ //////
ΔΙΚΩΙΕΟΝΤΙΚΑΙΑΝΥΠΕΥΘΥΝΩΠΑΣΑΣΔΙΚΑΣΚΑΙΖΑΜΙΑΣΗΚΑΤΑΔΟΥΛΙ
.ΟΙΤΟΗΑΥΤΟΥΣΗΤΑΕΚΤΟΥΤΩΝΤΟΥΣΑΝΑΤΕΘΕΜΕΝΟΥΣΥΠΟΚΑΛΛΩΝΟΣ
ΚΑΙΔΑΜΩΣΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΤΑ.ΑΘΑΝΑΙΚΑΙΤΩΙΠΡΟΣΤΑΝΤΙΥΠΕΡΤΟΥΣΑΝΑΤΕ
ΘΕΜΕΝΟΥΣΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΣΔΕΚΑΚΑΙΤΟΜΕΝΗΜΙΣΟΝΕΣΣΤΩ
ΤΑΣΑΘΑΝΑΣΤΟΔΕΗΜΙΣΟΝΕΣΣΤΩΤΟΥΠΡΟΣΣΤΑΝΤΟΣΠΑΡΜΕΙ ////// Ω //////////
ΔΕΠΑΡΑΚΑΛΛΩΝΑΜΝΑΣΙΑΚΑΙΔΑΜΩΝΦΙΛΩΝΟΣΔΑΥΛΙΕΟΣΟΙΑΝΑΤΕΘΕΜΕΝΟΙΠ.
.ΟΥΝΤΕΣΤΟΠΟΤΙ.Α.ΣΟΜΕΝΟΝΠΑΝΤΕΣΠΑΝΤΟΔ.ΝΑΤΟΝΕΙΔΕΜΗΠΟΙΗΟΙΙ
.ΟΝΤΟΣΑΝΕΠΙΤΕΙΜΕΟΝΤΕΣΤΡΟΠΟΙΟΙΚΑΘΕΛΩΝΤΙ //
ΚΑΑΥΤΟΙΣΩΟΝΤ.ΚΑΛΛΩΝΚΑΙΔΑΜΩΕΠΕΙΚΑΔΕΟΥΤΟΙΑΠΟΘΑΝΩΝΤΙΚ..
ΛΩΝΜΝΑΣΙΑΚΑΙΔΑΜΩΦΙΛΩΝΟΣΤΟΥΣΑΝΕΘΗΚΑΝΤΑΙΑΘΑΝΑΙΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ.
ΜΕΝΠΑΝΤΑΣΤΑΑΝΔΓ.ΡΑΦΟΝΤΑΣΑΝΑΘΕΣΕΟΣΠΑΡΑΤΟΝΣΑΡΑΠΙ.Ν.ΙΣΡ.ΤΕ.
ΤΟΝΤΩΙΣΑΡΑΠΕΙΕΝΔΑΥΛΙΑΙΠΑΤΡΩΝΟΣΤΟΥΜΝΑΣ.ΙΕΡΑΤΕΩΣΜΑΡΤΥΡΕΣΑ.
ΣΤΟΒΟΥΛΟΣΘΟΙΝΙΑΚΑΛΛΩΝΤΙΜΑΓΟΡΟΥΔΑΥΛΙΕΙΣΠΑΜΦΙΛΟΣΦΙΛΩΝΟΣΤΙΘΟΡΕ..

[Θε]ὸ[ς τύχαν ἀγαθά]ν. | Ἄρχοντος ἐν Δαυλίᾳ Νικ[...... τοῦ ... ..., βουλαρχέ]|οντος Φίλωνος τοῦ Γνώ[τ]ω[νος, ... | Κ]άλ[λ]ω[ν] Μ(ν)ασία, Δα[μὼ] Φίλωνος Δαυλιεῖς νο[έ]οντες καὶ [φ]ρονέοντες | ἀνέθηκαν τᾷ Ἀθάνᾳ τᾷ Πολιάδι [ἃ] ἐξεθρέ[ψ]αντο σώ[μ]ατα, οἷς ὀνόματά | ἐσστι Σωσικράτης, Ἐπί[κτ]ησ[ι]ς, Δ[ιό]δωρος, Μνασ......, ...τήρ. | το[ύτ]ους ἐλευθέρους εἶμεν πάντας τοὺς [ἰδ]ίους [θ]ρε[π]τούς. μὴ κατα|δουλιξάσστω δὲ μηθεὶς τούτους, οὓς ἀνέθηκε Κάλλων καὶ Δαμ[ὼ τᾷ] | Ἀθάνᾳ τᾷ Πολιάδι, μηδὲ καθ᾽ ὁποῖον τρόπον. εἰ δέ τις καταδουλίζοι|[το] οὓς ἀνατεθέκαντι Κάλλων καὶ Δαμὼ [ἢ] τὰ ὑπάρχοντα τούτ[ων | ἢ τ]ὰ γενόμενα τέ[κ]να ἐκ τούτων ⟨ἢ τὰ γενόμενα τέ[κ]να ἐκ τούτων⟩, ἔσ|στωσαν ἐλεύθεροι. ἐξέστω (δὲ) τῷ θέλοντι προΐστασθαι Φωκέων ἀνυπ[ο]|δίκῳ ἐόντι καὶ ἀνυπευθύνῳ πάσας δίκας καὶ ζαμίας. (εἰ δέ τις ἐπιλαμβάνοιτο) ἢ καταδουλί|[ζ]οιτο — ἢ αὐτοὺς ἢ τὰ ἐκ τούτων — τοὺς ἀνατεθεμένους ὑπὸ Κάλλωνος | καὶ Δαμῶς, ἀποτεισάτω τᾶ[ι] Ἀθάνᾳ καὶ τῷ προστάντι ὑπὲρ τοὺς ἀνατε|θεμένους καθ᾽ ἕκαστον ἀργυρίου μνᾶς δέκα, καὶ τὸ μὲν ἥμισον ἔσστω | τᾶς Ἀθάνας, τὸ δὲ ἥμισον ἔσστω τοῦ προσστάντος. παρμει[νάτ]ω[σαν] | δὲ παρὰ Κάλλωνα Μνασία καὶ Δαμῶν Φίλωνος Δαυλιέ[α]ς οἱ ἀνατεθεμένοι π[ο|ι]οῦντες τὸ ποτι[τ]α[σ]σόμενον πάντες πᾶν τὸ δ[υ]νατόν· εἰ δὲ μὴ ποι[έ]οι[εν, κύριοι | ἐ]όντ[ω]σαν ἐπιτειμέοντες τρόποι οἷ κὰ θέλωντι. [παρμεινάτωσαν δὲ παρ᾽ αὐτούς, ἇς] | κα αὐτοὶ [ζ]ώ[ω]ντι Κάλλων καὶ Δαμώ· ἐπεί κα δὲ οὗτοι ἀποθάνωντι, Κ[άλ]|λων Μνασία καὶ Δαμὼ Φίλωνος, τοὺς ἀνέθηκαν τᾷ Ἀθάνᾳ ἐλευθέρους [εἶ]|μεν πάντας. τ[ὸ] ἀν[τίγ]ραφον τᾶς ἀναθέσ[ι]ος παρὰ τὸν Σάραπιν (καὶ τὸν) ἱ[ε]ρ[α]τε[ύ]|ον(τα) τῷ Σαράπει ἐν Δαυλίᾳ. Πάτρωνος τοῦ Μνασ[ία] ἱερατέως. μάρτυρες· Ἀ[ρι]|στόβουλος Θοινία, Κάλλων Τιμαγόρου Δαυλιεῖς, Πάμφιλος Φίλωνος Τιθορε[ύς].

Quum titulus sine dubio ad monumentum honorarium nescio cuius hominis spectet, tabulam sumendum est olim frontem basis effecisse, cuius interior pars ex lateribus aut lapidibus vilibus composita esset; quo genere structurae nihil frequentius fuisse Romanorum quidem aetate, cuius hoc monumentum sine dubio est, nemo ignorat. Apparet honorem quidem statuae publice decretum esse, sed sumptum in se recepisse hominem, qui illum cuius imago erigebatur necessitudine aliqua attingeret. Atque huius quidem nomen, quod bis legitur in titulo (vs. 1. 7) haud inepte quispiam Graecum origine suspicetur, ortum illud quidem ex Δρόμιος metathesi in consonae ρ cum vocalibus coniunctione apud Graecos frequentissima (cf. Lobeck Elem. pathol. I p. 492 sqq.). Sed nescio an praestet nomen Latinum *Durmius* hic agnoscere, rarum sane, nam praeter perpaucos homines inferioris ordinis, qui in titulis occurrunt (Durmius Felix primipilaris C. I. L. VIII, 7050. M. Durmius X, 6582. XIV, 2627. Durmia P. l. Philumina XIV, 2182), duos nobiles novimus, M. Durmium triumvirum monetalem paullo post a. 20 a. Chr. (Eckhel Doctrina nummorum V p. 204) et C. Ummidium C. F. Ter. Durmium Quadratum (C. I. L. II, 172. X, 5182), qui a quaestura (a. 14 p. Chr.) usque ad mortem (a. 60 p. Chr.) sub quinque deinceps imperatoribus summis in republica honoribus functus est (cf. Nipperdey ad Tac. Ann. XII, 45). Sed si illa de hoc nomine opinio recte se habet, nomen gentile Romanum hic non propria vi usurpari, sed nominis Graeci instar unum hominem significare, id quod apud Graecos perfrequens est (cf. Olympia V, Inscriptiones p. 657 ad n. 643) cum inde apparet, quod vs. 7 neque praenomen neque cognomen adicitur, tum ex ea ratione qua v. 1 genetivus usurpatur in necessitudinis significatione.

287 Lapis calcarius niger, a. 0,68, l. 0,64, c. 0,21, qui nunc inversus suppositus est uni ex quattuor columnis, quae sunt intra ecclesiam S. Georgii in vico *Kolaka*. Ed. Girard De Locris Opuntiis p. 40 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 56 n. 1490). Exscripsit Lolling, qui suspicatur eundem esse titulum, cuius extremum modo versum ex Nicolai Chalciopuli apographo edidit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XXVI p. 614 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 61 n. 1507). Nam certe Κολώνια locus in vicinia oppidi *Atalanti*, ubi lapidem esse scribit Wachsmuthius, nullus est, sive ex nomine appellativo κολόννα (columna) natus est error, ut Lollingius coniicit, sive vici *Kolaka* nomen perperam lectum est in Chalciopuli schedis, id quod mihi probabilius est.

ΚΛΗΣΚΑΙΙΔΥΛΟΣΟΙΑΡΙΩΝΟΣ
ΑΤΕΡΑΕΛΠΙΝΙΚΑΝΙΕΡΗΤΕΥΣΑΣΑΝ
ΑΜΑΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΑΙ

. . . . κλῆς καὶ Ἰδύλος οἱ Ἄρ[γ]ωνος | [τὰν μ]ατέρα Ἐλπινίκαν ἱερητεύσασαν | [Δ]άματρι καὶ Κόρᾳ.

288. 289 Tabula marmoris leucophaei, a. 0,55, l. 1,52, c. 0,16, liminis inferioris vice fungens in porta impluvii monasterii S. Constantini siti in loco Daphnuntis veteris. Edd. L. Ross *Intelligenzblatt zur Allgemeinen Litteraturzeitung* 1844 n. 80; *Königsreisen* II p. 135 (Lebas *Inscr.* II, 1007. 1008); W. Vischer *Epigr. und archäol. Beiträge aus Griechenland* p. 52 (*Kleine Schriften* II p. 77) n. 59 tab. VI n. 9. Exscripsit Lolling.



288 Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον καὶ [Αὐτοκράτορα Καίσαρα Π(όπλιον) Σεπτίμιον Γέταν Σεβαστοὺς] | ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.
289 Μ(ᾶρκον) Ἀντώνιον Γορδιανὸν Ἑστιαιῶν ἡ πόλις.

Titulum n. 288 per alium lapidem a dextra attingentem continuatum fuisse cum ex particula καὶ vs. 1 servata tum ex versus secundi collocatione apparet. Iam cum post illud καὶ lacuna aliquot litterarum sit, praeterea vero nusquam vel una littera perierit, ne illas quidem casu intercidisse, sed consulto excisas esse existimaverim; qua re confirmatur coniectura etiam aliis nominibus maxime probabilis, Getae nomen ibi reponendum esse. Erecta igitur est utriusque fratris statua anno 211 aut 212 p. Chr. Aliquot decenniis post in Gordianum tertium, qui regnavit ab anno 238 ad 244 p. Chr., translatum est monumentum, sive statua Caracallae deiecta aliaque imposita sive inscriptione modo mutata. Mireris nudum nomen sine sollemnibus imperatorum titulis usurpatum; quod utique neglegentiam quandam habet, etsi fortasse qui haec incidit voces antiquioris tituli non deleti Αὐτοκράτορα Καίσαρα etiam ad Gordianum referri voluit. Hestiaeenses Euboeae intellegendi sunt; quos in opposita ipsorum oppido ora Locridis hoc monumentum erexisse neutiquam probabile est, sed videtur lapis posteriore demum tempore eo transvectus esse. Sed quia id non ab omni parte certum est, nolui titulum hic desiderari.

290 Marmor nigrum, inter reliquias aquaeductus prope areas oppidi *Atalanti*. Ex apographo Nicolai Chalciopuli ed. C. Wachsmuth Mus. Rhen. XXVII p. 614 (G. Kaibel Epigr. Graec. 856; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 58 n. 1501; E. Cougny Anth. Pal. III p. 19 n. 122). Periisse videtur.

Ἀρχία υἱὸς ὅδ' ἔστ' Ἀλκαίνετος, ὃς δορὶ σώζ[ων]
πατρίδος ἀκρόπολιν τέρμ' ἔλαβεν βιότου.

Fortasse hic titulus ad eadem belli discrimina spectat ac n. 270; qua de re certius iudicari liceret, si litterarum formas novissemus.

291 Lapis calcarius cum aëtomate, in palaeocastro vici *Villivo* prope oppidum *Livanatäs*. Ex Lollingii apographo edd. Roehl I. G. A. p. 65 n. 309; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 160 n. 226, 1; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 56 n. 1492; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 243 n. 236 *c*).

ΑΓΑΙΝΕΤΟ

Ἀγαινέτω.

292 Lapis a. 0,50, l. 0,57, cum anaglypho virum repraesentante, cuius inferior pars periit. In litteris tituli, qui iuxta caput viri incisus est, vestigia coloris rubri. Inventus est lapis in loco, qui vocatur Χιλιαδοῦ, prope vicum Προσκυνα, nunc inaedificatus in monasterio vici *Malesina* in pariete ecclesiae S. Georgii. Edd. P. Girard *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588 tab. XXVI n. 20; G. Körte *Mitth. des arch. Inst. in Athen* III (1878) p. 313. IV (1879) p. 270; ex his et Lollingii apographo Roehl I. G. A. p. 66 n. 313 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 56 n. 1491; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 243 n. 236 *g*). Cf. quae adnotaverunt R. Meister *Jahrbuch für Philologie* CXXV p. 524 et H. Roehl *Jahresbericht über griech. Epigraphik* 1868—1872 p. 117. Anno 1888 iterum exscripsit Lolling.

ΑΛΑΣΙΝΟ ///

Post Ο etiam unius litterae spatium esse, id quod negaverat Koertius ibique lapidem laesum esse et sine dubio litteram Σ periisse refert Lollingius.

Ἀγασῖνο[ς].

293 Lapis calcarius inventus non procul ab oppido *Atalanti* in vinetis. Pars sinistra cum initio tituli periit, dextra (*b*) translata est in oppidum, ubi adservatur in schola Hellenica. Totum titulum ed. P. Girard, *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588, tab. XXVI n. 26; De Locris Opuntiis p. 44 (Roehl I. G. A. p. 65 n. 311; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 160 n. 226, 2; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1495; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 243 n. 236 *e*). Partem superstitem (*b*) exscripsit Lolling.

a *b*

ΕΧΣ ΑΙΝΕ
ΤΟΣ

Littera quinta Ι est; quae a dextra parte summam hastam attingere videtur linea (Γ), lapide fortuito laeso effecta est.

Ἐξαίνετος.

294 Lapis calcarius rectangulus, l. 0,60, ex ecclesiola diruta S. Nicolai, quae est in antiqua arce sita supra vicum *Kyparissio*, delatus in ipsum vicum, ubi inaedificatus est in exteriore pariete domus Matthaei Antoniu. Ed. P. Girard *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588 (Roehl I. G. A. p. 65 n. 310); De Locris Opuntiis p. 44 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1497; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 243 n. 236 *d*). Exscripsit Lolling.

ΝΑΥΣΙΤΕΛΕΣ

Ναυσιτέλης.

295 Lapis calcarius rectangulus, inventus in loco, qui vocatur τοῦ Καραγὸς τὸ Ῥεῦμα, prope oppidum *Atalanti* translatusque in oppidum, ubi inaedificatus est ad fornacem pistoriam in domo, cuius domina est Basilo Palla. Ed. P. Girard *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588 tab. XXVI n. 18; De Locris Opuntiis p. 45; ex Lollingii apographo Roehl I. G. A. p. 66 n. 312 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 226, 3; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1496; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 243 n. 236 *f*). Anno 1888 iterum exscripsit Lolling.

ΠΟΛ ΥΔΑΜΑΝ ΤΟΣ

Πολυδάμαντος.

296 Lapis sepulcralis, inaedificatus in domo quadam vici *Kyparissio*. Ed. P. Girard De Locris Opuntiis p. 44.

ΕΡ ////////////

Ἐρ...

297 Tabula marmoris albi, fortasse monumentum sepulcrale. In schola Hellenica oppidi *Atalanti*. Exscripsit Lolling.

ΜΕ

Με......


298 Tabula marmorea cum aëtomate, ornata duabus pilis ab utraque parte tituli et corona oleaginea infra inscriptionem, inventa quinque minutarum intervallo ab oppido *Atalanti*, nunc excavata in vas aquarium in domo oppidi, cuius dominus est Ἀθανάσιος Δέβας, itaque collocata, ut titulus lateat. Ed. P. Girard De Locris Opuntiis p. 45 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 58 n. 1499). Apographum P. Kanakae transmisit Lolling.

ΜΕΝΝΕΑ

Μεννέα.

Genetivus est nominis Μεννέας; cf. adn. ad n. 327.

299 Lapis, qui dicitur πῶρος; titulus infra ipsum marginem superiorem. Inaedificatus lapis in domo Nicolai figuli sita ad introitum septentrionalem oppidi *Atalanti*. Exscripsit Lolling.




.... Πολυ[ξ]ένου.

300 Tabula marmorea ornata aëtomate, in oppido *Atalanti* in schola Hellenica. Ed. P. Girard De Locris Opuntiis p. 45 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1498). Exscripsit Lolling.



Σωκράτεα | χαῖρε.

301 Basis quadrata lapidis leucophaei, a. 1,00, l. 0,80, c. 0,45, inventa in agro Demetrii Suropani ad viam, qua ex oppido *Atalanti* ad portum (*Skala*) itur, translata ad ecclesiam S. Theodori. Ex apographo a Nicolao Chalciopulo confecto ed. C. Wachsmuth Mus. Rhen. XXVII p. 615. Plenius et accuratius a Stamataki exscriptum expressit Kumanudis Ἀθηναίου I p. 488. Exscripsit Lolling.




Vs. 1 inter D et M crux rudi opera insculpta.

D(*is*) *M*(*anibus*). | *T. Catoni T. f. Pol*(*lia*) *Sabino* | *Clat*(*erna*) *evoc*(*ato*) *Aug*(*usti*) *vix*[*it*] | *ann*(*os*) *XXXVIII*, *mil*(*itavit*) *a*[*nn*(*os*)] | *XIX f. et m. f. C*[*or*]|*nelius Naevolu*[*s viro*] | *optimo.*
Τ(ίτῳ) Κάτωνι Τ(ίτου) υ(ἱῷ) Πολ[λίᾳ Σα]|βίνῳ Κλατερναίῳ | ἠουοκ(άτῳ) Αὐγούσ(του). ἔ[ζησε] | ἔτη λη', ἐστράτ[ευσε ἔτη] | ιθ' τανσκαι.....


Nomen mirum, siquidem et Latinum et Graecum exemplum cognomen *Cato* nominis gentilis vice fungens exhibent, neque tamen probabile est utrobique eadem ratione peccatum esse, ut sumpsit Wachsmuth emendans *Catoni*(*o*). Claternam Galliae Cisalpinae oppidum esse monuit O. Hirschfeld apud Wachsmuthium. Ceterum compendia scripturae, quae sunt in titulo Latino vs. 5, non magis expedio, quam Graeci versum postremum ex superstitibus.

302 Tegula, in qua litterae impressae non cavae sed eminentes. In schola Hellenica oppidi *Atalanti.* Exscripsit Lolling.



Κοΐντου ....


303 Titulus incisus in ventre scyphi nigri, alti 0,60, inventi in sepulcro prope oppidum *Livanatäs.* Ed. P. Girard *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588 tab. XXVI n. 27 (Roehl I. G. A. p. 65 n. 307); De Locris Opuntiis p. 90 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 160 n. 227; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 242 n. 236 *a*; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1493).



Καλ[ῶ] Παντέλεος [τ]ὰ ποτήρια καλά.

Primam vocem initio καλ[ά] supplevit Girard, cuius exemplum secuti sunt Roehl, Cauer, Roberts; deinde mutato iudicio Καλ[ός] praeoptavit, ut Παντέλεος nominativus esset; sed hoc cum sermonis legibus pugnare iure meritoque pronuntiavit Bechtelius ideoque genetivum καλ[ῶ] restituit. Emendatio [τ]ὰ necessaria est, etsi paullo violentiorem esse non est negandum.

304 Titulus incisus prope alteram ansam in ventre vasis nigri sine ornamentis, a. 0,90, inventi in sepulcro prope oppidum *Livanatäs.* Ed. P. Girard *Bull. de corr. Hell.* II (1878) p. 588 tab. XXVI n. 4; De Locris Opuntiis p. 93 (Roehl I. G. A. p. 65 n. 308; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 242 n. 236 *b*; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 57 n. 1494).



Θεοί.

305 Tabula rotunda argillacea uno loco prope marginem bis perforata, qua in texturae opificio usi esse videntur. Titulus iam coctae argillae insculptus est ab homine huius negotii imperito. In schola Hellenica oppidi *Atalanti.* Exscripsit Lolling.



Τιμογλίας errore pro Τιμοκλ(ε)ίας scriptum esse haud improbabiliter statuit Lolling.

306 Caput columnae Ionicum; in inferiore planicie reliquiae tituli incisi priusquam lapis in illum usum vocaretur ideoque mutilati. In schola Hellenica oppidi *Atalanti*. Exscripsit Lolling.

Ν Ο Υ Σ
Τ Ι Ο Σ

vacat

. . . . *νους* | [᾿Οπούν]*τιος*(?).

307 Tabula lapidis, qui vocatur *πῶρος*, operculi vice fungens in sepulcro effosso ab agricolis in monte sito prope vicum Locrorum *Zeli*, in loco qui vocatur *᾿ς τὰ πάτανα δένδρα*. Ed. P. Paris *Bull. de corr. Hell.* XVIII (1894) p. 63. H. Dielsii supplementa ex M. Fraenkelii litteris edita sunt ibidem p. 339.

Ε Π Ι Μ Ι Ν Α Δ Α Ι
Α Ν Δ Ρ Ι Π Ο Θ Ε Ν Ο Ι
Δ Α Μ Ο Ι Κ Α Ι Π Λ
Ο Ι Σ Κ Α

᾿Επὶ Μινάδᾳ | ἀνδρὶ ποθεινῷ | δάμῳ καὶ πλ[α|τί]οις κα[ὶ φίλοις].

IV.
THRONIVM ET VICINIA.

308 Fragmentum tabulae lapidis calcarii leucophaei, a. 0,16, l. 0,22, c. 0,09. A dextra exstat margo, supra versum primum vacuum spatium est. Inventus esse dicitur lapis in vico *Dimarchia* prope Thronium, exstat in vico *Anderas* apud Georgium Papadopulum. Ed. P. Girard De Locris Opuntiis p. 48 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 62 n. 1511). Exscripsit Lolling.

Ρ Ο Ν Ι Ε Ι Σ Ε Δ Ω Κ Α Ν
Ε Ο Σ Α Ι Τ Ω Λ Ω Ι Ε Κ Φ Υ
Α Ι Ε Κ Γ Ο Ν Ο Ι Σ Τ Ο Ν
Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ι Α Ν Ι Σ Ο
Δ Ι Κ Ι Α Ν Α Σ Υ Λ Ι Α Ν
Φ Α Λ Ε Ι Α Ν Κ Α Ι Π Ο
Σ Κ Α Ι Κ Α Τ Α

[᾿Αγαθᾷ τύχᾳ. Θ]ρονιεῖς ἔδωκαν | . . . . *εος* Αἰτωλῷ ἐκ Φυ|[ταίου αὐτῷ κ]αὶ ἐκγόνοις τὸν | [πάντα χρόνον] προξενίαν, ἰσο|[πολιτείαν, προ]δικίαν, ἀσυλίαν, | [ἀτέλειαν, ἀσ]φάλειαν καὶ πο|[λέμου καὶ εἰράνα]ς καὶ κατὰ | [γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν . . . .].

Bechtelium secutus sum praeter vs. 1, ubi is [῎Αρχοντος . . . . .] habet, cum mihi non videatur casui tribuendum, quod illa pervulgata formula initialis litterarum numero lacunam accurate explet, et vs. 6 init., ubi ille *ἰσοτέλειαν*, quod iusto longius est vocabulum.

309 Thronii in Locris Epicnemidiis, hodie Παλαιόκαστρο εἰς τὰ Μάρμαρα, supra vicum ῾Ρωμάνι. Ed. Meletius Geogr. p. 337 (Boeckh C. I. G. 1751 Leake *Travels in Northern Greece* II p. 178 not. 1; Lebas *Inscr.* II, 1006; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 61 n. 1510). Periisse videtur.

Α Γ Α Θ Α Ι Τ Υ Χ Α Ι Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Α Λ Ε Ξ Ι Ο Υ Γ Ρ Α Μ Μ
Α Τ Ε Ω Σ Ε Υ Φ Ρ Α Ν Ο Ρ Ο Σ Τ Α Μ Ι Α Α Ρ Ι Σ Τ Ε Ν Ο Υ Σ
Ε Δ Ο Ξ Ε Τ Α Ι Β Ο Υ Λ Α Ι Κ Α Ι Τ Ω Ι Δ Α Μ Ω Ι Θ Ρ Ο Ν Ι Ε Ω Ν
Α Λ Κ Ι Ν Ο Α Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Υ Ε Φ . . . . Ο Π
Ο Υ Τ Ι Ω Ν . . . . Ο Λ Ο Γ Χ Η Τ Ο Ν

᾿Αγαθᾷ τύχᾳ. ῎Αρχοντος ᾿Αλεξίου, γραμμ|ατέως Εὐφράνορος, ταμία ᾿Αριστ(ομ)ένους, | ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ Θρονιέων, | ᾿Αλκῖνο[ν] Δημητρίου ᾿Εφ[έσιον . . . .] ᾿Οπ|ου(ν)τίων [. . . . . ἰσ]ολόγχητον . . . .

Quid vs. 4. 5 sibi velit Opuntiorum nomen, obscurum est. Qui sane vix hic nominari potuerunt, nisi aliquando eorum principatus etiam ad eam Locridis partem pertinuisset, in qua situm erat Throniensium oppidum; tamen cave suppleveris [*πρόξενον εἶμεν*] ᾿Οπ|ου(ν)τίων; neque enim Throniensibus de Opuntiorum proxenia tribuenda decernere licebat. Postremam vocem supplere conatus sum; *λόγχη* idem ac *λάχος, μερίς*, significasse et lexicographi docent (Hesychius s. v. Etymologicum Magnum p. 569, 34) et titulus Chius (*Mitth. des arch. Inst. in Athen* XIII (1888) p. 166 n. 4 vs. 9 sqq.: *ἐὰν δ[ὲ ὁ] | ἱερεὺς μὴ παρῇ, προϊερη[τευ]|έτω τις ὧν αἱ λόγχαι εἰσ[ίν]*). Quare si quis *ἰσολόγχητον* interpretetur *τὸν τὰ ἴσα λαχόντα*, haec vis proxime accedat ad eius condicionem, qui volgo *ἰσοτελής* vocatur. Sed non est silentio praetereundum, illud nomen et ab etymologo Ionicum vocari et duo sola quae exstent eius testimonia, titulum modo allatum dico et versum Ionis tragici, ambo origine Chia esse.

310 Tabula lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, intra quod clypeus, a. 1,07, l. 0,35, inventa prope ecclesiolam ἁγίας Παρασκευῆς iuxta vicum desertum *Pikraki*, ubi fuit antiqua Throniensium urbs, exstat in ipsa ecclesiola. Exscripsit Lolling.

ΛΣΤΕΛΙΗΝΩΝ
ΧΛΙΡΕΤΕ
rosa *rosa*

Ἀττέα, Ζήνων, | χαίρετε.

311 Tabula marmoris albi cum aëtomate, intra quod clypeus, l. 1,50, effossa in loco, qui vocatur *Anivitza*, in valle Boagrii fluvii, qua via a Thermopylis Elateam fert; nunc exstat ad fontem, qui est in meridionali vici *Regini* fine. Exscripsit Lolling.

ΕΜΠΕΔΟΝΦΕΑ

Ἐμπεδον[ίκ]α.

312 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, in loco *Anivitza* sito in valle Boagrii, qua via a Thermopylis Elateam fert. Exscripsit Lolling.

ΘΟ //////////////

Θο.......

313 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, in loco *Anivitza* sito in valle Boagrii fluvii, qua via a Thermopylis Elateam fert. Exscripsit Lolling.

ΦΙ/// ΕΙΑ
ΚΑΛΛΙΒΟΥΛΑ
ΕΜΠΕΔΟΝΙΚΑ
ΧΑΙΡΕ

Φί[λ]εια, | Καλλιβούλα, | Ἐμπεδονίκα | χαῖρε.

V.

SCARPHEA.

314 Fragmentum marmoris albi, a. 0,28, l. 0,28. Supra et a sinistra parte exstat margo. Inventus lapis in regione *Tróchala*, quae est orientem versus ab ecclesiola S. Athanasii prope vicum *Molo*. Exscripsit Lolling.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΣΚ
ΚΛΕΑΔΑΙΔΙΟΔΟ
ΤΙΜΟΚΛΕΟΣΘΗΒ
ΑΣΑΥΤΟΙΣΚΑΙΕ
ΝΙΑΝΙΣΟΠΟΛΙ
ΠΡΟ

Ἀγαθᾷ τύχᾳ. Σκ[αρφεῖς ἔδοσαν] | Κλεάδᾳ Διοδό[του, ...] | Τιμοκλέος Θηβ[αίοις ἐξ Ἀχαΐ]|ας αὐτοῖς καὶ ἐ[κγόνοις προξε]|νίαν, ἰσοπολι[τείαν, προδικίαν], | προ[εδρίαν ....].

Tertii a. Chr. n. saeculi ad finem vergentis aut secundi ineuntis sunt litterarum formae. Sed quum postrema tertii saeculi parte Thebae modo in Aetolorum modo in Macedonum potestate fuerint (cf. quae adnotavi ad I, 288. 289), probabilius iudico, haec decreta esse paullo post a. 189 a. Chr.

315 Fragmentum tabulae marmoreae tenuis, l. 0,20, inscriptum litteris grandibus. In vico *Molo* in domo, cuius dominus est Anagnostis Skepanakos. Exscripsit Lolling.

ΥΙΔΙ
ΟΥΜΑΡΤ
ΝΤΙΛΟ

Vs. 2 aut [......ί]ου Μαρτ|[ιαλίου] aliudve huius generis nomen Romanum fuit, aut [τ]οῦ Μαρτ|[ίου μηνός]. Vs. 3 [Ἀ]ντίλο[χος] supplendum videtur.

316 Tabula marmoris albi, a. 0,16, l. 0,68, c. 0,44, nunc in superficie excavata, inventa prope molam, quae est iuxta aquas calidas Thermopylarum, exstat in domo vici *Molo*, cuius dominus est Pantelis Dimitriu. Exscripsit Lolling.

ΦΙΛΙΠΠΟΥΤΕΤ
ΡΑΡΧΙΑΣΕΡΓΟΝ

Φιλίππου τετ|ραρχίας ἔργον.

Litteratura et orthographia alteram partem quarti a. Chr. n. saeculi referunt. Vocabulum τετραρχία cave usitata vi de gentis nescio cuius imperio quadrifariam diviso acceperis. Nam etsi illa ipsa aetate in Thessalia eiusmodi regimen rerum publicarum institutum est a Philippo Amyntae f. Macedonum rege (Dem. IX, 26), tamen, ut alia mittam, nullo modo una ex his Philippi nomine significari poterat. De posterioribus vero Gallograecorum aliarumque nationum tetrarchiis iam propter inscriptionis aetatem cogitari nequit. At aliam nominis significationem commemorat Suidas s. v. τετραρχία· οἱ τέσσαρες λόχοι, ἄνδρες ξδ', καὶ ὁ ἡγούμενος τετράρχης. Cuius vocabuli militaris sane non exstat antiquior testis Arriano (Anab. III, 18, 5; Tact. 10, 1. 10. 28, 2), sed cum hic in Alexandri expeditione τετραρχίαν ἱππικὴν commemoret, non est, cur eum sui temporis vocabulum perperam immiscuisse arguamus. Atqui ordines numerosve militares perfrequenter apud Graecos ducis nomine genitivo casu addito definiri nemo fere ignorat. Monumentum igitur habemus a turma equitum, cui Philippus quidam praeerat, erectum.

317 Fragmentum tabulae marmoris albi distincti maculis rubescentibus, a. 0,22, l. 0,72, c. 0,68, inventum prope ecclesiolam S. Athanasii sitam decem minutarum intervallo a vico *Molo* meridiem versus, exstat in ipso vico in domo, quam possidet Christos Anatoliótis. Exscripsit Lolling.

.ΤΡΟΥ
ΗΣΕ

[..... πά]τρου | [ἐποί]ησε.

PARS TERTIA.

INSCRIPTIONES LOCRORVM OCCIDENTALIVM.

I.

AMPHISSA.

318 Marmor album a. 0,46, l. 0,18, inaedificatum in parte domus filiorum Eliae Kontsokionis, quae est Amphissae ad radices castelli. Ed. Mondry Beaudouin *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 451 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 49 n. 1474). Contulit Lolling.

. . . . ι . . ι Χ Α Ν Α Γ Α ω Α Ν //
. Ρ Χ Ι Κ Λ Є Ο C Τ Ο Υ Δ Α Μ Ο Φ Ι Λ Ο Υ Μ Η ι ∟ /// Π Α Ν Α Ϻ ///
Φ Є Ο Ι Ο /// Є Ο Ν Τ Ο C Δ Є Τ ω Α C Κ Λ Α Π Ι ω Τ ω Є Ν Α Μ Φ Ι C C Α Ο
Ρ Ο Τ Ο Υ Α /// Χ Ι Α Α Μ Φ Ι C C Є Ο C Χ Є Ι Ρ Ο Γ Ρ Α Φ Ο Ν Κ Ρ Ι Τ Ο Δ Α .
. Υ Δ ω Ρ Ο Θ Є Ο Υ Δ Є Λ Φ Ο Υ Υ Π Є Ρ Ζ ω Π Υ Ρ Α Ν Μ Ε Ν Α [Ν]
Ρ Ο Υ /// Υ ⁻ Α Μ Φ Ι C C Ι Δ Α Π Α Ρ Ο Υ C Α Ν Κ Α Ι Κ Є Λ Є Υ Ο Υ C Α Ν //////// Α
Ν Υ Π Є Ρ Α Υ Τ Α Ν Є Π Є Ι Є Λ Є Γ Є Ν Α Υ Τ Α Γ /// /// Μ Α Τ Α Μ Η Є Ι Δ Є Ν Α Ι Α Π Є
Ο Τ Ο Ζ ω Π Υ Ρ Α Μ Є Ν Α Ν Δ Ρ Ο Υ Α Μ Φ Ι C C Ι C Τ ω ///////// Κ Λ Α Π Ι ω Τ ω Є Ν Α Μ [Φ]
C C Α C ω Μ Α Ο Ι Κ Ο Γ Є Ν Є C ω Ο Ν Ο Μ Α Ν Ι Κ Ο C Τ . . . Ο C Μ Ν Ω Ν Τ Ρ Ι ω Ν Κ Α Ι
. . . Τ Є Ι Μ Α Ν ^ //////// ω Π Α C Α Ν Π Α Ρ Α Μ Є Ι Ν Α Τ ω . . Κ Ο C Τ Ρ Α Τ Ο C Ζ ω Π Υ Ρ Α
. . . . Τ Α Τ Ο [Ν] . . . . . Α C Χ Ρ Ο Ν Ο Ν Π Α Ν Π Ο Ι ω Ν Τ Ο Є Π Ι Τ Α C C Ο Μ Є Ν Ο Ν Γ Α //////
. . . . C Τ ω Δ Є Ν Ι Κ Ο C Τ Ρ ////////////////////////////////////// ⁻ Α Τ ////////////////////////////////// ⁻ Ο Ν
. . . . . . Ο C Κ Α Ι Α Ν //

Quas uncis inclusimus litteras, Lollingius non iam invenit in lapide.

[Θεο]ὶ [τύ]χαν ἀγαθάν. [Ἄρχοντος ἐν Ἀμφίσσᾳ | Ἀ]ρχικλέος τοῦ Δαμοφίλου, μη[ν]ὸ[ς] Πανάμ[ου, | Θ]εο[κ]ο[λ]έοντος δὲ τῷ Ἀσκλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ Θ[εομβ]|ρότου Ἀ[ρ]χία Ἀμφισσέος, χειρόγραφον Κριτοδά[μ|ο]υ Δωροθέου Δελφοῦ ὑπὲρ Ζωπύραν Μενάν[δ]|ρου [θ]υγ(ατέρα) Ἀμφισσίδα παροῦσαν καὶ κελεύουσαν [γρ]ά[φει]|ν ὑπὲρ αὐτάν, ἐπεὶ ἔλεγεν αὐτὰ γ[ράμ]-ματα μὴ εἰδέναι· ἀπέ[δ]|οτο Ζωπύρα Μενάνδρου Ἀμφισσὶς τῷ [Ἀσ]κλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφ[ί]|σσᾳ σῶμα οἰκογενές, ᾧ ὄνομα Νικόστ[ρατ]ος, μνῶν τριῶν, καὶ | [τὰν] τειμὰν ἀ[πέχ]ω πᾶσαν. παραμεινάτω (δὲ) [Νι]κόστρατος Ζωπύρᾳ | [πάν]τα τὸν [τᾶς ζω]ᾶς χρόνον πᾶν ποιῶν τὸ ἐπιτασσόμενον πα[ρὰ | Ζωπύρας. ἔ]στω δὲ Νικόστρ[ατος πάντ]α τ[ὸν βί]ον | [ἐλεύθερ]ος καὶ ἀν[έφαπτος ....].

Titulus primo a. Chr. n. saeculo utique non antiquior, fortasse etiam recentior. In supplendo quod aliquot locis a prioribus editoribus mihi discedendum fuit (vs. 2. 3. 10), ad Lollingii apographum accuratius referendum est. Vs. 9 nolui cum Bechtelio μν[ᾶ]ν emendare, quia forma volgaris illa aetate facillime immisceri poterat.

---


319 Marmor fractum a dextra, a reliquis partibus integrum, a. 0,40, l. 1,00, Amphissàe (*Salona*) in domo, quam possidebat olim Panagiotakis Pappakostas Tzamálas, nunc possidet Aspasia eius vidua. Edd. A. Conze et A. Michaëlis *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XXXIII (1861) p. 75 n. 28. Exscripsit Lolling.

Λ Λ Ι Τ Ε Ι Μ Ο C Λ
Λ Υ Τ Ο Υ Λ Ρ Ι C Τ Ο Π Ι
Λ Υ Τ ω Δ Ο Θ Η Ν Λ Ι Ε ·
Λ Α Ν Ε Ι Ο Ν Τ Η Π Ο Λ Ι Λ Ι ///

Λαίτειμος Ἀ[ριστοπείθους ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ] | αὐτοῦ Ἀριστοπ[είθους ....] | αὐτῷ δοθῆναι ε.........................] | [δ]άνειον τῇ πόλ(ε)ι ἀ.........

Haec dedicatio sine dubio imperatorum Romanorum aetate facta est. Duorum primorum versuum supplementis certe argumenti rationem assecutus esse mihi videor; vs. 3. 4 obscuri sunt. Nam perspicitur quidem, hic de pecunia mutua data dici, sed neque quis a quo acceperit intellegitur, neque quaenam huic negotio intercedat necessitudo cum dedicatione. De nomine quod est Λαίτειμος ambiguum iudicium est; nam proclivis quidem est coniectura, iota mutum hic perperam adiungi vocali productae, ut in ingenti numero nominum ab Λᾱ- incipientium hoc quoque habendum sit. At nescio an id quod scriptum est similitudine nominis Attici Λαισποδίας (cf. Meineke F. C. G. II, 1 p. 475) defendatur.


320 Lapis calcarius leucophaeus, a. 0,86, l. 0,48, c. 0,35, inventus in vinea, cuius dominus est Lukas Keteas, iuxta ecclesiam Panagiae in vico *Kolopetinitza*, sito inter oppida *Salona* et *Galaxidi*. Exscripsit Lolling.




De restituendo monumento, cuius argumentum satis memorabile fuisse videtur, desperandum est, praecipue quia aut utrimque aut certe a dextra scripturam in alio lapide attingente continuatam fuisse apparet; etenim neque vs. 1 et 2 neque 2 et 3 nulla alia littera interposita coniungi possunt. Vel singillatim nihil certi dispicitur nisi paucissima: vs. 1 ἐκ τᾶς αἰμ[ασιᾶς]; vs. 2 . . . . . μ[ᾶ]ς ζυγία; vs. 3 ἴθματ[α]; vs. 4 fortasse θύρ[α]; vs. 7 ἡμι . . . . Ceterum scriptura titulum quarto a. Chr. n. saeculo exaratum probat.

321. 322 Lapis quadratus, a. 0,39, l. 1,25, c. 0,50, Amphissae (*Salona*) in domo, quam possidebat Panagiotakis Pappakostas Tzamálas, nunc possidet eius vidua Aspasia. Utrimque alii lapides adiuncti erant. Edd. A. Conze et A. Michaëlis *Annali dell' Inst. arch. Rom.* XXXIII (1861) p. 75 n. 28 (F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 49 n. 1475). Exscripsit Lolling.

in fronte:

(321) 

in planicie superiore:

(322) 

Fragmentum n. 321 ambiguum est, etsi haud absurde conieceris [Νι]κάδαν ὁ [δᾶμος] fuisse.

Aliquanto certius est iudicium de titulo n. 322, siquidem id apparet, scripturam per duos contiguos lapides ita dispositam fuisse, ut eorum commissura singuli versus medii diffinderentur. Qua re reputata non dubito haec restituere:

[. . . . . Μν]ασιλάου
[ἐπισκευάσας τ]ὸ Εὐνίκειον
[ἀνέθηκε τῷ ἥρω]ϊ καὶ τᾷ πόλει.

Constat apud Graecos non modo heroum, a quibus quaeque civitas per belli potissimum discrimina auxilium, salutem, victoriam exspectaret, sacra frequentissima fuisse, sed etiam haud raro nominibus propriis heroum hanc vim ac potestatem indicari consuevisse, cuius generis sunt Ἀνδροκράτης, Σωτίας, Σωσίπολις, Πολύστρατος, Φύλακος similia. Iam cum Εὐνίκειον per leges sermonis non liceat aliunde atque a nomine proprio Εὔνικος repetere, hoc existimaverim herois cuiusdam Amphissensium fuisse, cuius sacellum vetustate dilapsum ille, quisquis fuit, Mnasilai filius refecit (cf. I, 1827; F. Deneken apud Roscherum *Lexicon der griech. und röm. Mythologie* I, 2 p. 2479 sqq.). Nomen quod est Mnasilaus Amphissae frequentius fuit, quam ut ex eo certius quicquam de aetate tituli colligas: Mnasilaus Damoclis f. Amphissensis est apud Wescher-Foucart *Inscr. de Delphes* n. 145, 3, Damocles Mnasilai f. n. 426, 18, idem cum Praxidamo fratre n. 428, 14, Phestio Mnasilai f. n. 163, 2, Mnasilaus n. 390, 11. Litteratura titulum altero a. Chr. n. saeculo utique non antiquiorem indicat.

323 'In Achaia apud Soloneum Phocidis oppidum prope Delphos ad X mil.' Cyriacus p. VIII n. 65. Ex suis et Cyriaci schedis ed. Muratorius T. III p. MDCCLXXV, 6 (Boeckh C. I. G. 1761; Lebas *Inscr.* II, 1020). Lollingius frustra quaesivit. Oppidum hodiernum *Salona*, quod Amphissae veteris locum tenet, a Cyriaco significari monuit Boeckhius.

ΠΟΛΥΕΤΙΟΥΓΟΝΤΗΝ
ΑΚΡΕΙΒΕΑΦΙΛΑΔΙΑ
ΤΗΡΕΚΤΗΝΙΔΙΗΝ

Ψ   Β

. . . . | ἀκρειβέα, Φίλα [ἁ μ]ά|τηρ ἐκ τ[ῶ]ν ἰδί[ω]ν. | Ψ(αφίσματι) β(ουλᾶς).


Primus versus ita corruptus, ut insanabilis videatur. Ne id quidem, quod Boeckhius statuebat propter litteras finales ΤΗΝ, quem articulum feminini generis putabat, mulieris hoc monumentum esse, certum est. Immo ἀκρειβέα vs. 2 magis in virum cadit neque omnino hoc adiectivum per se elogii locum tenere credibile est, sed referendum ad nomen aliquod appellativum quod officium aut magistratum significet. Illud τὴν vero eo magis ambiguum est, quia vs. 2 extr. certum tenemus exemplum vocalis ᾱ pro η usurpatae, et vs. 3 bis Η pro Ω perperam lectum videmus. Quare haud absurde quispiam in ΓΟΝΤΗΝ latere suspicetur ΠΟΛΙΤΩΝ; nam in dialecto non iam vigente, sed artificio quodam quasi ab inferis excitata hanc formam volgarem non magis miraberis quam μνῶν n. 318, 9. Genetivum vero facile tibi persuaseris a nomine illo pendere, ad quod ἀκρειβέα referatur, veluti [ἔκδικον τῶν] [π]ο[λι]τ[ῶ]ν ἀκρειβέα. Sed cum hac sententia rursus pugnat initium versus primi, de quo vix quicquam certi dici licet; genetivum nominis proprii Πολυετίου hic scriptum fuisse non uno nomine improbabile est.

324 Amphissae. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1021. Lollingius frustra quaesivit.

ΦΟΙΔΕΛΦΟΝΕΠΟΙΗϹΑΝ . . . ΚΑΙ . . .

Si modo haec recte exscripta sunt, videtur legendum esse [. . . . . . . Δελ]φοὶ Δελφὸν ἐποιήσαν[το] καὶ . . . . ex notissimo sermonis Graeci usu; cf. Demosth. XXXVI, 47. LIX, 89.

325 Tabula lapidis calcarii, a. 0,50, l. 0,16; a dextra exstat margo, superficies admodum detrita. Inventus lapis prope vicum *Kolopetinitza*, situm inter *Salona* et *Galaxidi*, exstat in ipso vico inaedificatus in domo privata, quam possidet Elias Daniskas. Exscripsit Lolling.



Vs. 2 [δυ]νάμει fuisse videtur. Reliqua obscurissima.

326 Lapis calcarius leucophaeus obiter laevigatus, a. 1,47, l. 0,50, c. 0,19, inaedificatus in septentrionali pariete ecclesiolae ἁγίας Τριάδος, quae est decem minutarum intervallo ab oppido Amphissa ad eam regionem, quae spectat inter meridiem et occidentem solem. Exscripsit Lolling.

Ν Ι Κ Α Ρ Χ Ο

Νικάρχω.

---

327 Lapis calcarius durus albus ex monte Parnasso oriundus; undique exstat margo praeter angulum dextrum inferiorem. A. 0,74, l. 0,57, c. 0,20. Ad scalas domus Christi Portokalákis in orientali margine oppidi Amphissae (*Salona*). Ed. Wescher-Foucart *Inscriptions recueillies à Delphes* n. 478 (praef. p. VIII). Exscripsit Lolling.

Κ Α Λ Λ Ε Ν Ι Κ Α
Θ Λ Υ Ν Ι Ο Υ
Λ Γ Η Σ Α Η Δ Ρ Ο ///
Ξ Ε Ν Α Η Θ Ο Υ
Κ Λ Ε Ω C
Κ Α Λ Λ Ι Κ [Ρ] Λ [Τ] Ε [Ο] Σ
Δ Α Μ Ο Τ Ι Μ Ο Υ
Τ Ι [Μ Η Σ] Ι Λ [Α]
Θ [Ε] Λ [Γ Ε] Ν [Ε] Ο Σ
Π Υ Ω Ν Ο Σ
Ε Π Ι Κ Τ Η Τ Ο C
Π Ρ Α Ξ Ι Δ Α Μ Ο Υ
Τ Ι ///////// / //////////////////////
Α Ν Δ Ρ [illegible]

Intra uncos eas litteras addidi ex Wescheri et Foucarti exemplo, quas Lollingius non iam invenit in lapide. Quas ex Lollingii apographo mutilas exhibui, eae apud Wescherum et Foucartum integrae sunt. Sed versus 3. 13. 14 apud editores Francogallos omnino desiderantur. Versus 6. 9. 12. 14 intra planicies excavatas non insculptis sed anaglyphi instar prominentibus litteris exarati sunt.

Καλλενίκα.
Ὀλύν[π]ου.
Ἀγ[ή]σα[ν]δρο[ς].
Ξενά[ν]θου.
Κλεῶς.
Καλλικράτεος.
Δαμοτίμου.
Τιμησίλα.
Θεαγένεος.
Πύ[θ]ωνος.
Ἐπίκτητος.
Πραξιδάμου.
Τι . . . .
Ἀνδρόνικος.

Novem hic leguntur genetivi, tres certi nominativi (vs. 1. 11. 14), duorum nominum (vs. 3. 13) forma ambigua est. Inde apparet genetivos hic non paternae originis significationem habere, sed unumquodque nomen per se poni, ut quattuordecim hominum, sine dubio cognatorum, eodem loco sepultorum epitaphia agnoscenda sint. Genetivus in titulis sepulcralibus per illas regiones non insolitus est, aut addito μνᾶμα (n. 81. 219) aut nudus (n. 53. 291. 295. 298. 328. 337. 338. 343. 345); atque in nonnullis ex horum titulorum numero eadem ratione atque hic promiscue cum nominativo usurpatur. Memorabile est Xenanthum Amphissensem in titulo Delphico apud Wescherum et Foucartum *Inscr. rec. à Delphes* n. 386, 12 (a. 178/7 a. Chr.) commemorari, in alio vero n. 405, 3 (a. 189/8 a. Chr.) Agesandrum Pythonis filium, quod nomen utrumque hic inter eiusdem familiae homines redit. Theagenes Menandri f. Amphissensis est *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 417 n. 28, Theagenes Agiae f. p. 418 n. 31 (a. 188/7 a. Chr.), in eodem titulo habes Damotimum Amphissensem. Neque litteratura obstat, quominus hoc monumentum sepulcrale secundo a. Chr. n. saeculo vindicemus. De nominis Καλλενίκα scriptura cf. n. 13, 1. 50.

---

328 Lapis calcarius leucophaeus, a. 0,62, l. 0,34, non laevigatus nisi in superiore parte planiciei anticae; inferior pars sine dubio terrae immissa erat. Prope oppidum Amphissam, fere quindecim minutarum intervallo ad viam, quae Topoliam fert. Exscripsit Lolling.

Δ Α Μ Ω Σ

Δαμῶς. Cf. adn. ad n. 327.

---

329 Tabula lapidis calcarii, a. 0,48, c. 0,16, inaedificata ad scalas quasdam in domo vici *Kolopetinitza*, siti inter *Salona* et *Galaxidi*, quam possidet Elias Daniskas. Titulus in latere angustiore lapidis, qui a superiore parte fractus est. Exscripsit Lolling.

ν
ν Ι Δ Ξ Ι

Nihil certi dispicitur.

II.

CHALIVM.

330 Lapis a Dawkinsio haud longe a Basilico prope Asopum inventus et Oxonium delatus. Praeter hunc titulum etiam n. 331 et 332 habet. Ed. Chandler Marm. Oxon. II, XXIX. 1 (Boeckh C. I. G. 1567; Lebas *Inscr.* II, 580; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 164 n. 232; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 50 n. 1476). De lapidis origine cf. quae disputavit H. L. Ahrens De dialectis I p. 235 not. 1.

Α Γ Α Θ Α Τ Υ
Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Ξ Ε Ν Ω Ν Ο Σ Ε
Μ Ι Ο Ρ Γ Ε Ο Ν Τ Ο Σ Μ Ι Κ Κ Ω Ν Ο Σ Ε Π
Κ Λ Ε Ο Γ Ε Ν Η Σ Α Λ Κ Ι Θ Ο Ο Υ Α Ι Γ Ι Ε Υ
Ε Υ Ν Ο Υ Σ Ω Ν Κ Α Ι Ε Υ Χ Ρ Η Σ Τ Ο Σ Δ Ι Α Τ Ε
Τ Α Ι Π Ο Λ Ε Ι Τ Ω Ν Χ Α Λ Ε Ι Ε Ω Ν Ε Δ Ο Ξ Ε Τ Α Ι Π Ο
Λ Ε Ι Ε Ν Ε Ν Ν Ο Μ Ω Ι Ε Κ Κ Λ Η Σ Ι Α Ι Π Ρ Ο Ξ Ε Ν
Ο Ν Ε Ι Μ Ε Ν Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ν Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο
Τ Ω Ν Χ Α Λ Ε Ι Ω Ν Κ Λ Ε Ο Γ Ε Ν Η Α Λ Κ Ι Θ Ο Ο Υ Α Ι Γ
Κ Α Ι Ε Κ Γ Ο Ν Ο Υ Σ Α Υ Τ Ο Υ Κ Α Ι Ε Ι Μ Ε Ν Α . . Ω Ι Ι Σ Ο
Λ Ι Τ Ε Ι Α Ν Κ Α Ι Α Σ Φ Α Λ Ε Ι Α Ν Κ Α Ι Α Σ Υ Λ Ι Α Ν Κ Α Ι
Μ Ο Υ Κ Α Ι Ε Ι Ρ Α Ν Α Σ Κ Α Ι Γ Α Σ Κ Α Ι Ο Ι Κ Ι Α Σ Ε Ν Κ Τ Η Σ
Κ Α Ι Τ Α Α Λ Λ Α Υ Π Α Ρ Χ Ε Ι Ν Α Υ Τ Ω Ι Π Α Ν Τ Α Ο Σ Α
Τ Ο Ι Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ι Σ Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ
Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Υ Π Α Ρ Χ Ε Ι

Ἀγαθᾷ τύ[χα]. | Ἄρχοντος Ξένωνος, ἐ[ν Αἰγίῳ δὲ δα]|μιοργέοντος Μίκκωνος· ἐπ[ειδὴ] | Κλεογένης Ἀλκιθόου Αἰγιεὺ[ς] | εὔνους ὢν καὶ εὔχρηστος διατε[λεῖ] | τᾷ πόλει τῶν Χαλειέων, ἔδοξε τᾷ πό|λει ἐν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ, πρόξεν|ον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιο[ς] | τῶν Χαλειῶν Κλεογένη Ἀλκιθόου Αἰγ[ιῆ] | καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ, καὶ εἶμεν α[ὐτ]ῷ ἰσο[πο]|λιτείαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ [πολέ]|μου καὶ εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔνκτησ[ιν], | καὶ τὰ ἄλλα ὑπάρχειν αὐτῷ πάντα ὅσα [καὶ] | τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέτ[αις] | τᾶς πόλιος ὑπάρχει.

Huius lapidis, qui titulos n. 330. 331. 332 habet, originem Boeoticam Boeckhius demonstrare conatus est allato Theopompi apud Stephanum Byz. s. v. Χαλία testimonio de oppidulo Boeotico, cuius nulla alia memoria exstat. Contra quem Ahrensius verissime monuit, neque nominis formam quadrare (ἐν Χαλείῳ est n. 331, 1) neque probabile esse horum titulorum aetate illud oppidum etiamtum sui iuris fuisse (si modo unquam fuit, cf. quae de Medeone disputavi ad n. 32), neque dialectum qualis hic esset ulla aetate in Boeotia usitatam fuisse. Quae omnia optime quadrare in Chalium Locrorum occidentalium, cuius cives etiam cum Aegiensibus (n. 330, 4. 9) commercium habuisse multo probabilius esse quam illos Boeotos mediterraneos. Sed quod fundamentum fuisse videtur opinionis Boeckhianae, id ne Ahrensius quidem sustulit. Etenim Asopi fluvii nomen in causa erat, cur ille de Boeotia potissimum cogitaret; qua de re Ahrensius nihil dixit, nisi Chalium Locrorum Ozolarum ab Asopo non multo remotius esse, quam Chaliam oppidulum Boeoticum. Verum enimvero Peloponnesiacum potius flumen, quod Sicyona praeterfluit, significari ex loci *Vasiliko* (rectius *Vasilika*) mentione apparet; id enim est nomen vici hodierni, qui Sicyonis veteris locum tenet (cf. Bursian *Geogr. von Griechenland* II p. 27). Illuc vero facillimo negotio navi ex opposita sinus Corinthii ora, ubi situm erat Chalium, lapidem deportari potuisse luce clarius est, cum omnium maxime incredibile sit, eum Chalia Boeotorum Sicyona pervenisse.

Antiquissimum ex his tribus titulis n. 332 esse sponte patet; reliqui duo monumenti iam erecti basi incisi sunt. Sed non est, cur magnum temporis spatium intercedere existimemus. Aetatis notam paullo certiorem observavit Bechtelius, monens Aristarchum Laïadae f. Amphissensem (n. 331, 7) aut patrem aut filium (mero calami lapsu nepotem dicit) esse Laïadae Aristarchi filii, qui anno 173/2 a. Chr. Apollini Pythio servas duas, Nicostratam et Olympiada, venumdedit (Wescher et Foucart *Inscr. rec. à Delphes* n. 191, 5). Sed mihi quidem filius potius quam pater illius Laïadae esse videtur hic Aristarchus, ita ut paullo post medium saeculum a. Chr. n. alterum tituli exarati sint. Namque Cleogenis Aegiensis (n. 330, 3. 9) patrem Alcithoum non diversum existimo ab eo, qui apud Polybium XXVIII, 12, 9. 19, 3 vocatur Ἄλκιθος Ξενοφῶντος Αἰγιεύς, sive levissimo errore ΑΛΚΙΘΟΟC in ΑΛΚΙΘΟC abiit, sive utraque forma usitata fuit, ut δορυξόος, δορυξός aliaque id genus. Illius vero Alcithi sive Alcithoi legatio a Polybio commemorata incidit in annum 169 a. Chr., ut eius filium Cleogenem Aristarchi Laïadae f. Amphissensis aequalem fuisse consentaneum sit.

---

331 In altero eiusdem lapidis latere, qui habet titulum n. 330. Ed. Chandler Marm. Oxon. II, XXIX, 1 (Boeckh C. I. G. 1607; Lebas *Inscr.* II, 581; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 50 n. 1477). Cf. quae uno lapidis loco denuo examinato adnotavit H. Roehl *Beiträge zur griechischen Epigraphik*, Berolini 1876 p. 4.

[*Textum vide pag. 79.*]

Var. lect. Vs. 2 med. ΑΙΡΑΣΤΥΩΝΟΣ Chandler. Sed Roehlius hanc lectionem admodum incertam, ac sibi ΑΠΑΣΤΥΩΝΟΣ aut ΑΓΡΑΣΤΥΩΝΟΣ potius in lapide fuisse videri indicavit.

Ἄρχον[τος ἐν μέ]γ Χαλείῳ Ἀλεξίνου, μηνὸς Καρείου, ἐν δὲ Ἀμφίσσᾳ ἄρ|χοντο[ς Ἀριστά]ρχου, μηνὸς Ἀ[γρ]αστυῶνος, ἀπέδοτο Κλεογένης Ἀνδρονίκου | Ἀλεῖος ἐν Ἀμ[φίσ]σᾳ ἐνεργα[ζ]όμενος σῶμα ἀνδρεῖον, ᾧ ὄνομα Δημήτριος, τὸ γέ|νος Λαοδικῆ, ἐπ' [ἐλευ]θερίᾳ τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Νασιώτᾳ τιμᾶς ἀργυρίου δραχμᾶν χιλιᾶν· τὰν τι|μὰν ἀπέχει πᾶσαν. [β]εβαιωτὴ[ρ κ]ατὰ τὸ σύμβολον Φί[λ]ιος Χαλειεύς. τᾶς ὠνᾶς τὸ ἀν[τίγρα]|φον φυλάσσοντι οἱ θεοκόλο[ι τοῦ] Ἀπόλλωνος τοῦ Νασιώτα, Φιλόξενος Νικία, Εὐχανδρίδας | Νικάνδρου Χαλειεῖς, ἐν δὲ Ἀμφίσσᾳ Ἀρίσταρχος Λαϊάδα. μάρτυρες· Φιλόξενος, Νικ[ό]|λαος, Πέ[τα]λος, (Ν)ικόλαος, Θοφά[νης], Ξενί[ας], Καλλιτέλης, Πολυξενίδας, Ἀλεξῖν[ος], | Ξενόσ[τρατος].

ΑΡΧΟΝ.......ΓΧΑΛΕΙΩΙΑΛΕΞΙΝΟΥΜΗΝΟΣΚΑΡΕΙΟΥΕΝΔΕΑΜΦΙΣΣΑΙΑΡ
ΧΟΝΤΟ.......ΡΧΟΥΜΗΝΟΣΑΙΙΑΣΤΥΩΝΟΣΑΠΕΔΟΤΟΚΛΕΟΓΕΝΗΣΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΑΛΕΙΟΣΕΝΑΜ...ΣΑΙΕΝΕΡΓΑ.ΟΜΕΝΟΣΣΩΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝΩΙΟΝΟΜΑΔΗΜΗΤΡΙΟΣΤΟΓΕ
ΝΟΣΛΑΟΔΙΚΗΕΠ....ΘΕΡΙΑΙΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΝΑΣΙΩΤΑΙΤΙΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΔΡΑΧΜΑΝΧΙΛΙΑΝΤΑΝΤΙ
ΜΑΝΑΠΕΧΕΙΠΑΣΑΝ.ΕΒΑΙΩΤΗ..ΑΤΑΤΟΣΥΜΒΟΛΟΝΦΙΔΙΟΣΧΑΛΕΙΕΥΣΤΑΣΩΝΑΣΤΟΑΝ.....
ΦΟΝΦΥΛΑΣΣΟΝΤΙΟΙΘΕΟΚΟΛΟ....ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΥΝΑΣΙΩΤΑΦΙΛΟΞΕΝΟΣΝΙΚΙΑΕΥΧΑΝΔΡΙΔΑΣ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΥΧΑΛΕΙΕΙΣΕΝΔΕΑΜΦΙΣΣΑΙΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΛΑΙΑΔΑΜΑΡΤΥΡΕΣΦΙΛΟΞΕΝΟΣΝΙΚ..
ΛΑΟΣΠΕ...ΛΟΣΙΚΟΛΑΟΣΘΟΦΑ....ΞΕΝΙ..ΚΑΛΛΙΤΕΛΗΣΠΟΛΥΞΕΝΙΔΑΣΑΛΕΞΙΝ..
ΞΕΝΟΣ....

De tituli aetate et origine cf. quae adnotavi ad n. 330. Nomen mensis vs. 2, etsi ne post Roehlii collationem quidem de litteris plane constat, tamen Ἀγρασσυῶνος fuisse apparet ex aliarum inscriptionum testimoniis a Bechtelio allatis, quae ut in alterius syllabae vocali magnopere variant (Ἀγρασσυῶνος Wescher-Foucart n. 247, 1. 248, 2; Ἀγρεσσυῶνος n. 92, 1; Ἀγροσσυῶνος n. 215, 1; Ἀγρυσσυεῶνος n. 256, 2), sic constanter omnes consonas γρ exhibent. Nomina propria vs. 5 sqq. sollerter restituit Bechtelius, monens Petalum Chaliensem (vs. 9) in titulis Delphicis apud Haussoullierum *Bull. de corr. Hell.* V (1881) p. 430 n. 44. 45 inveniri. Nomen Θοφάνης simile est eorum, de quibus dixi I, 39.

---

332 In tertio latere eius lapidis, qui habet titulos n. 330 et 331. Ed. Chandler Marm. Oxon. II, XXIX, 1 (Boeckh C. I. G. 1594; Lebas *Inscr.* II, 579).

ΤΟΝΥΙΟΝ
ΝΑΠΟΛΛΩΝΙ

..... τὸν υἱὸν | ......ν Ἀπόλλωνι.

Cf. adn. ad n. 330. Apollo sine dubio Νασιώτας (n. 331, 4) est.

III.

OEANTHEA.

333 Tabula ahenea utrimque inscripta, inventa Oeantheae (*Galaxidi*), delata Corcyram in collectionem Woodhousii, unde pervenit ad Taylorum consulem Britannicum in eadem insula, cuius post mortem quid hac tabula factum sit, ignoratur. Ed. I. N. Oeconomides, Λοκρικῆς ἀνεκδότου ἐπιγραφῆς διαφώτισις, ἐν Κερκύρᾳ 1850 (inde tabulam cum parte commentarii repetivit et prolegomena addidit L. Ross *Alte lokrische Inschrift von Chaleion oder Oeantheia, mit den Bemerkungen von I. N. Oekonomides herausgegeben*, Lipsiae 1854; item tabulam Oeconomidis expressit Rangabé *Ant. Hell.* 356 *b*). Ex ectypo chartaceo vera tabulae magnitudine repraesentavit H. Roehl I. G. A. p. 73 n. 322 (Imagines ed. 1 p. 18 n. 2. ed. 2 p. 23 n. 2; E. L. Hicks *Manual of Greek historical inscriptions* p. 43 n. 31; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 114 n. 94. ed. 2 p. 163 n. 230; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 53 n. 1479; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 238 n. 232; Roehlii tabulas nos quoque repetimus). Cf. quae de titulo disputaverunt A. Kirchhoff Philologi XIII p. 1 sqq.; W. Dittenberger Index lect. Halens. hiem. 1885/6 p. XII; A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 144; E. Meyer *Forschungen zur alten Geschichte* p. 307 sqq.

[*Textum vide pag. 80.*]

A

I § 1 Τὸν ξένον μὴ ἄγην ἐτᾶς Χαλεΐδος τὸν Οἰανθέα, μ|ηδὲ τὸν Χαλειέα ἐτᾶς Οἰανθίδος, μηδὲ χρήματα αἴ τι συ|λῷ· τὸν δὲ
I § 2 συλῶντα ἀνάτω(ς) συλῆν. — Τὰ ξενικὰ ἐθαλάσ(σ)ας ἄγην |
I § 3 ἄσυλον, πλὰν ἐλιμένος τῶ κατὰ πόλιν. — Αἴ κ' ἀδίκω(ς) συλῷ, τέ|τορες δραχμαί· αἰ δὲ πλέον δέκ' ἀμαρᾶν ἔχοι τὸ σῦλον, ἡ|μιό-
I § 4 λιον ὀφλέτω ϝότι συλάσαι. — Αἰ μεταϝοικέοι πλέον μηνὸς ἢ | ὁ Χαλειεὺς ἐν Οἰανθέᾳ ἢ Ὡιανθεὺς ἐν Χαλείῳ, τᾷ ἐπιδαμίᾳ δίκᾳ
II § 1 χ|ρήσθω. — Τὸν πρόξενον, αἰ ψευδέα προξενέοι, διπλ|είῳ θῳήσθω.

B

II § 2 Αἴ κ' ἀνδιχάζωντι τοὶ ξενοδίκαι, ἐπωμότας ἑλέσ|θω ὁ ξένος ὡπάγων τὰν δίκαν ἐχθὸς προξένω | καὶ ϝιδιοξένω ἀριστίνδαν, ἐπὶ μὲν ταῖς μναια|ίαις καὶ πλέον πεντεκαίδεκ' ἄνδρας, ἐπὶ (δὲ)
II § 3 ταῖς | μειόνοις ἐννέ' ἄνδρας. — Αἴ κ' ὁ ϝασστὸς ποὶ τὸν ϝ|ασστὸν δικάζηται κα(τ) τᾶς συνβολᾶς, δαμιωργὼς | ἑλέσθαι τὼς
II § 4 ὁρκωμότας ἀριστίνδαν τὰν πε|ντορκίαν ὀμόσαντας. — Τὼς ὁρκωμότας τὸν αὐτὸ|ν ὅρκον ὀμνύην, πληθὺν δὲ νικῆν.

A

⁝ΤΟΝ+ΕΝΟΝΜΕΗΑΓΕΝ⁝ΕΤΑΣΨΑΛΕΙΔΟΣ⁝ΤΟΝΟΙΑΝΘΕΑΜ
ΕΔΕΤΟΝΨΑΛΕΙΕΑ⁝ΕΤΑΣΟΙΑΝΘΙΔΟΣ⁝ΜΕΔΕΨRΕΜΑΤΑΑΙΤΙΣΥ
ΛΟΙ⁝ΤΟΝΔΕΣΥΛΟΝΤΑΑΝΑΤΟΣΥΛΕΝΤΑ+ΕΝΙΚΑΕΘΑΛΑΣΑΣΗΑΓΕΝ⁝
ΑΣΥΛΟΝ⁝ΠΛΑΝΕΛΙΜΕΝΟΣ⁝ΤΟΚΑΤΑΠΟΛΙΝ⁝ΑΙΚΑΔΙΚΟΣΥΛΟΙ⁝ΤΕ
ΤΟRΕΣΔRΑΨΜΑΙ⁝ΑΙΔΕΠΛΕΟΝΔΕΚΑΜΑRΑΝΕΨΟΙΤΟΣΥΛΟΝΗΕ
ΜΙΟΛΙΟΝΟΦΛΕΤΟFΟΤΙΣΥΛΑΣΑΙ⁝ΑΙΜΕΤΑFΟΙΚΕΟΙΠΛΕΟΝΜΕΝΟΣΕ
ΟΨΑΛΕΙΕΥΣΕΝΟΙΑΝΘΕΑΙΕΟΙΑΝΘΕΥΣΕΝΨΑΛΕΙΟΙΤΑΙΕΠΙΔΑΜΙΑΙΔΙΚΑΙΨ
RΕΣΤΟ⁝ΤΟΝΠRΟ+ΕΝΟΝ⁝ΑΙΨΕΥΔΕΑΠRΟ+ΕΝΕΟΙ⁝ΔΙΠΛ
ΕΙΟΙΘΟΙΕΣΤΟ

B

ΑΙΚΑΝΔΙΨΑΖΟΝΤΙ⁝ΤΟΙ+ΕΝΟΔΙΚΑΙ⁝ΕΠΟΜΟΤΑΣ⁝ΗΕΛΕΣ
ΤΟ⁝Ο+ΕΝΟΣ⁝ΟΠΑΓΟΝ⁝ΤΑΝΔΙΚΑΝ⁝ΕΨΘΟΣΠRΟ+ΕΝΟ
ΚΑΙFΙΔΙΟ+ΕΝΟ⁝ΑRΙΣΤΙΝΔΑΝ⁝ΕΠΙΜΕΝΤΑΙΣΜΝΑΙΑ
ΙΑΙΣ⁝ΚΑΙΠΛΕΟΝ⁝ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΝΔRΑΣ⁝ΕΠΙΤΑΙΣ
ΜΕΙΟΝΟΙΣ⁝ΕΝΝΕΑΝΔRΑΣ⁝ΑΙΚΟFΑΣΤΟΣΠΟΙΤΟΝF
ΑΣΤΟΝΔΙΚΑΖΕΤΑΙΚΑΤΑΣΣΥΝΒΟΛΑΣ⁝ΔΑΜΙΟRΓΟΣ
ΗΕΛΕΣΤΑΙ⁝ΤΟΣΗΟRΚΟΜΟΤΑΣΑRΙΣΤΙΝΔΑΝΤΑΝΠΕ
ΝΤΟRΚΙΑΝΟΜΟΣΑΝΤΑΣ⁝ΤΟΣΗΟRΚΟΜΟΤΑΣΤΟΝΑΥΤΟ
ΝΗΟRΚΟΝΟΜΝΥΕΝ⁝ΠΛΕΘΥΝΔΕΝΙΚΕΝ

Tabulam, cuius egregia est utilitas in re iudiciali Graecorum cognoscenda, Oeconomides sobrio iudicio satis habuit quinto a. Chr. n. saeculo certe non recentiorem significasse; sed ne antiquiorem quidem esse post mirum L. Rossii errorem, qui usque ad septimum saeculum ascenderat, Kirchhoffius ex litteratura collegit, quae nullum usquam remotioris antiquitatis indicium haberet; immo litterarum H et Θ formas recentiores, ex quibus illa constanter, haec praeter unum antiquioris exemplum (vs. 7) ubique usurparetur, vix multo ante initium belli Peloponnesiaci haec insculpta testari. Idem cadere in litteram coppa hic iam non usurpatam (ὁρκωμόται, ὅρκος). Utroque nomine n. 334 paullo antiquiorem videri. Vice versa illic EI et OY scribuntur, ubi hic E et O legimus. Quod in tanta similitudine titulorum utrum ad meram scribendi consuetudinem referendum sit, an ad pronuntiationis discrimen, etsi vix pro certo deliberari potest, tamen hoc mihi quidem probabilius est, quare malui hic ubique ω et η scribere.

Quae hucusque disputata sunt, ad utramque tabulae planiciem aeque spectant. Sed non fefellit homines doctos, duas distinguendas esse manus, quarum altera partem anticam praeter postremum enuntiatum, altera hoc ipsum et totam planiciei posticae inscriptionem exarasset. Discrimen praecipue in litterarum ἄλφα (A A), γάμμα (Γ <), μῦ (M M), νῦ (N N) figura cernitur. Neque vero litteraturae modo, sed etiam argumenti differentiam inter has duas partes intercedere iam pridem observatum est, etsi Meyerus demum luculentissime demonstravit, non unius foederis duas partes, sed duo instrumenta diversi generis, nulla re nisi quadam argumenti similitudine inter se coniuncta, in una eademque tabula incisa esse.

I. Pactum de iurisdictione (σύμβολον, συμβολά) inter civitates Oeanthensium et Chaliensium (vs. 1—8). Hoc ab initio mutilum esse cum persuasum habuissent editores, Meyerus negavit hanc opinionem idoneis rationibus inniti; neque enim quicquam hic desiderari. At primum quidem nullum argumenti indicem praemitti utique mirum est, cum vel tabulae prisca sermonis simplicitate insignes eo carere non soleant (cf. n. 334, 1; Olympia V, Inscriptiones p. 3 n. 2. p. 21 n. 9. p. 25 n. 10. p. 27 n. 11. p. 33 n. 13. p. 41 n. 16. p. 45 n. 18). Deinde argumentum nulla ex parte mancum esse concedere non possum. Eiusmodi pactum praecipue de litibus, quae inter utriusque urbis cives intercederent, certa praecepta continere debebat. Iam hic de eorum quidem Chaliensium, qui Oeantheae, et Oeanthensium, qui Chalii habitarent, iudiciis legem tenemus (§ 4 vs. 6—8). At quid iuris sit, si quando Chaliensi, qui non inquilinus sit Oeantheae, cum Oeanthensi lis oriatur aut vice versa, nusquam dicitur; nam quod editores ad hoc causarum genus rettulerunt, quae II § 3 (vs. 14—17) leguntur, id ipsius Meyeri praeclaro invento refutatum est. Neque eo confugere licet, ut eiusmodi praeceptis opus fuisse negemus, quia utraque civitas communi Locrorum foederi interfuerit. Nam si de inquilinorum iudiciis nihil sanctum fuit communibus Locrorum legibus, sed omnia singularum civitatium pactionibus permissa, id quod ex hac tabula apparet, quo iure in illo altero genere id aliter se habuisse statuemus? Quare initium pacti in alia tabula deperdita fuisse persuasum habemus.

§ 1 vs. 1—3. *Neque civi Oeanthensi liceat peregrinum ex Chaliensium agro abducere neque civi Chaliensi ex Oeanthensium, neque peregrini bona vi capta pignoris loco auferre; sed quae peregrinus ipse vi cepit, ut pignoris loco teneret, ea illi rursus vi eripere liceat.* In primo enuntiato τὸν Οἰανθέα et τὸν Χαλειέα subiecti, τὸν ξένον obiecti vicibus fungi Kirchhoffius vidit. Postremum vero enuntiatum quum priores ad sequentia rettulissent, ut sic haec coniungerentur τὸν δὲ συλῶντα ἀνὰ τὸ συλῆν τὰ ξενικὰ ἐθαλάσσας ἅγην ἄσυλον, primus Roehlius ab illis diremit, Meyerus vero illam coniunctionem intolerabilem esse compluribus rationibus demonstravit, praecipue quia ἀνὰ τὸ συλῆν gravissimae tautologiae crimen haberent. Quod contra si haec per se enuntiari sumemus et τὸν συλῶντα obiecti accusativum intellegemus, sanissima sententia ei, qui ipse vim fecerit, vim afferri licere statuitur. Ceterum non necessarium videtur cum Kirchhoffio et editoribus plerisque vs. 2 sub finem legere αἴ τι(ς) συλῶ; nam et αἴ τι ad pluralem χρήματα relatum usui sermonis accommodatum est, et subiectum idem est quod antea (τὸν Χαλειέα — τὸν Οἰανθέα), ut id pronomine indefinito indicari opus non sit. Vocem ἀνάτως Meyerus interpretatur '*sine culpa*'; accuratius etiam est '*impune, sine fraude sua*', siquidem ἄτη frequenter damnum significat; cf. ἀνατεί, quod apud Thucydidem VIII, 67, 2 palmari emendatione reposuit H. Sauppius *Ausgewählte Schriften* p. 739. — § 2 vs. 3—4. *Bona peregrinorum, i. e. eorum qui neque Oeanthenses neque Chalienses sunt, e mari abducere liceat impune, excepto tamen portu* (*utriusque*) *oppidi.* De portu igitur idem ius statuitur, quod paragrapho prima de agro enuntiatum est, de reliquis maris partibus non item. — § 3 vs. 4—6. *Qui iniuria vim faciet, ei quattuor drachmarum multa pendenda est* (*et bona capta ilico restituenda*)*; quod si ea plus decem dies retinuerit, sescuplum reddet* (cf. I, 1739, 15 ἐφ' εἱμιολίοι; Olympia V, Inscriptiones p. 41 n. 16, 8 ἡμιολίζοι ἁ πόλις). Vs. 4 ἀδίκω(ς) συλῷ emendavit Kirchhoff, cum Oeconomides verbum compositum ἀδικοσυλῷ agnoscere sibi visus esset, quod non uno nomine improbabile est. — § 4 vs. 6—8. *Qui civis alterius urbis in altera per tempus plus quam menstruum commorabitur, eodem iure iudicioque utetur, quo cives.* Notum est usquequaque per Graeciam distingui solita esse duo peregrinorum alicubi commorantium genera, qui ad tempus ibi versarentur (ξένοι ἐπιδημοῦντες, recentiore aetate nonnunquam παρεπίδημοι) et qui ibi habitarent (μέτοικοι, alibi σύνοικοι aut πάροικοι). Sed ne unquam incertum esset, utrius quisque generis esset, et Athenis et, ut hic videmus, Oeantheae et Chalii sanctum erat, ut quicunque ultra certum tempus maneret, domicilium mutasse existimaretur. Apparet in formula αἰ μεταϝοικέοι πλέον μηνός quandam quasi prolepsin inesse, nam intra menstruum tempus ἐπιδημεῖ, eo exacto demum μέτοικος fit.

II. Lex Oeanthensium de iure litibusque peregrinorum eorumque, qui ordine iudiciorum eodem quo peregrini utuntur (vs. 8—18). Haec non ut illa, quae priore manu exarata sunt, inter duas civitates convenisse, sed unius auctoritate constituta esse primus vidit E. Meyer. Probatur id tertiae paragraphi (vs. 14—17) argumento recte intellecto, neque in reliquis legis partibus quicquam est, quod adversetur. Utrum Chaliensium an Oeanthensium lex sit, pro certo definiri nequit, sed hoc propter locum, ubi aes inventum est, probabilius videtur. Tabulae antiquioris spatium vacuum propterea videtur huic legi inscribendae adhibitum esse, quia utrumque instrumentum ad peregrinorum potissimum res iudiciales spectabat.

§ 1 (vs. 8—9). *Si proxenus dolo malo munere suo fungetur in fraudem peregrini, cuius causam defendere debet, poenae loco duplum damni, quod illi datum erit, pendet.* Cum antiquitus cives civium potius quam peregrinorum rebus favere consentaneum esset, lege cavendum erat, ne proxeni officium suum desererent. Non hic dici de Chaliensi proxeno Oeanthensium aut Oeanthensi proxeno Chaliensium, sed ad cuiuslibet peregrini civitatis proxenum Oeanthensem haec referri, cum propter ea, quae de alterius inscriptionis argumento et natura supra disputata sunt, tum propterea Meyerus statuit, quia improbabile sit, Locrorum civitates suos invicem cives proxeniae honore affecisse. Quod iudicium, si quid video, insigniter confirmatur eis, quae de Boeotorum et Phocensium institutis supra (I, 262. III, 1. 2) observavimus. Neque vero certum existimo, hic proxenum a peregrina civitate honoris causa electum, non ab ipsis Oeanthensibus magistratus honore praeditum intellegi. Namque hoc quidem proxeniae genus antiquius videtur, quia ipsa vox non tam hospitem publicum indicat, quam eum qui peregrinis praesit eosque tutetur; exempla eius instituti attulit Meyer p. 312 not. 1, qui tamen de eius origine aliter iudicat. De postremis enuntiati verbis multifariam dissentiunt homines docti. Plerique θωϊ' ἔστω scribunt; sed τὰ θωϊα (*multa*) vereor ne auctoritate idonea careat. Quo nomine magis laudanda Oeconomidis et Rossii lectio, qui θωῇστω i. e. θῳὰ ἔστω scribunt; at ex ᾱε apud Locros ut apud Dorienses in crasi et contractione ᾱ nascitur (ἁπιϝοικία n. 334, 1), non η, ut ex ᾰε. Quare malui cum Roehlio unum verbum hic agnoscere, sed unde ille suum θῳέστω derivare posse sibi videatur, non intellego, immo θῳήστω a θῳάω scribendum est. Unde simul apparet, non licere ea quae proxime antecedunt, cum Oeconomide, Rossio aliisque in duas voces διπλεῖ οἱ dirimi, cui conatui etiam obstat digamma omissum in voce ceteroquin eius tenacissima, sed διπλείοι ab adiectivo διπλεῖος, quod analogia nequaquam destitutum est, derivari. Manet anacoluthia τὸν πρόξενον — θῳήστω pro ὁ πρόξενος θῳήστω aut τὸν πρόξενον θῳῆσται, sed ea ne in una quidem ex reliquis, quae propositae sunt, lectionibus vitatur et antiquo horridoque huius tabulae sermoni accommodata est. — § 2 (vs. 10—14). *Si iudices peregrinorum dissentient, peregrinus, qui quempiam in ius vocavit, iudices* (*iuratores*) *additicios eliget optimos quosque, dummodo ne proxenum aut privatum hospitem suum, in litibus de mina aut de pecunia maiore quindecim, in minoribus novem.* Xenodicarum magistratum etiam

in vicinis Phocidis oppidis fuisse titulus Stiriensis n. 32, 38 docet. Eorum consentientium quidem suffragiis lis dirimitur, dissentientibus vero a peregrino adiciuntur novem aut quindecim cives ab ipso electi; inter quos quod et proxenum et suum privatum hospitem deligere vetatur, recte Meyerus eo refert, quod hi suo officio illius causae favere coguntur. Idem ἀριστίνδαν ad virtutem, non ad generis nobilitatem referri monuit (cf. Olympia V, Inscriptiones p. 95 n. 47, 34). — § 3 (vs. 14—17). *Si civis Oeanthensis alii civi diem dicet ea condicione, ut secundum leges pactionis de peregrinorum iudiciis factae lis instituatur, damiurgi cum iureiurando sanctissimo se obstrinxerint, eligent iudices (iuratores) optimos quosque.* Haec cum antea omnes de lite inter civem Oeanthensem et Chaliensem intellexissent, Meyerus rectissime observavit, verba ὁ ϝαστὸς ποὶ τὸν ϝαστὸν nullo modo ad duarum civitatium cives spectare posse, sed si civis civem in ius vocare diceretur, necessario eiusdem civitatis civem utrumque intellegi. Etenim quia antiquum ius civile Oeanthensium multis obsoletis institutis impeditum esset, commodius visum esse civibus, illo expeditiore et cultiore iudiciorum ordine uti, qui inter cives et peregrinos pactione (συμβολᾷ) constitutus esset; neque fuisse, cur cives eo uti prohiberentur. Sed videmus ad xenodicas has lites non delatas esse; quare summo magistratui civili (δαμιοργοῖς) iudicum eligendorum potestas datur, quos quia non ad alios, ut illi § 2 ad xenodicas, accedunt, sed soli per se iurati iudicant, ὁρκωμότας, non ἐπωμότας vocari consentaneum est. Articulus in voce δαμιοργοί omissus antiqui sermonis est, ad ὁρκωμότας additus significat eos, quibus in quaque lite opus sit, iudices. Damiurgi iurant, se bona fide optimum quemque quem novissent electuros esse, ita ut inter τὰν πεντορκίαν ὀμόσαντας et ἀριστίνδαν arctissima necessitudo intercedat, cf. Olympia V, p. 95 n. 47, 33 sq. (ὅτι ὤμο[σαν αἱρῆσ|σθαι ἐκ πάν]των ἀριστίνδαν) et locum Festi illic a me allatum. Vs. 15 κα(τ) τὰς συνβολὰς editores. Sed cum Delphici quidem tituli singularem habeant (*Bull. de corr. Hell.* V p. 421 n. 34, 4. 5; Wescher-Foucart 53, 6. 9. 213, 6 κατὰ τὰν συμβολάν), genetivus vero cum praepositione κατά coniunctus ea vi, qua reliquarum dialectorum usus accusativum flagitat, duobus aliis exemplis Locrorum sermoni vindicetur (n. 267, 9. 334, 1), τᾶς συνβολᾶς reponere non dubitavi. Ceterum πεντορκίαν interpretes recte iusiurandum per quinque deos intellegunt. — § 4 (vs. 17—18). *Iudices eodem modo iurent, et quod eorum maior pars iudicaverit, ratum sit.* Hoc non ad eos modo, qui proxima paragrapho (vs. 16) ὁρκωμόται dicuntur, sed etiam ad paragraphi secundae ἐπωμότας (vs. 10) referri merito monet Meyer, quia aliter de illorum quidem iureiurando et ordine suffragionum nihil usquam praeciperetur, id quod incredibile esset.

---

334 Tabula ahenea, a. 0,18, l. 0,35, non accurate laevigata, ita ut aliquot locis necessario inter litteras spatia solito maiora relinquerentur, inventa Oeantheae (*Galaxidi*), translata Corcyram in collectionem Woodhousii, unde pervenit ad Taylorum consulem Britannicum in eadem insula; quo defuncto quid hac tabula factum sit, ignoratur. Ed. I. N. Oeconomides Ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα τὸ πρῶτον ἐκδοθέντα, Athenis 1869 (inde G. Curtius *Studien zur griech. und lat. Grammatik* II (1869) p. 441; F. Allen ibid. III (1870) p. 212 sqq.). Cum commentario bonae frugis plenissimo repetivit W. Vischer Mus. Rhen. XXVI p. 39 sqq. (*Kleine Schriften* II p. 172 sqq.; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 110 n. 91). Ex ectypo delineatam tituli imaginem exhibet H. Roehl I. G. A. p. 69 n. 321 (Imagines Inscr. Graec. ed. 1 p. 17 n. 1. ed. 2 p. 22 n. 1; E. L. Hicks *Manual of Greek historical inscriptions* p. 117 n. 63; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 161 n. 229; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 51 n. 1478 cum Addendis p. 90; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 234 n. 231 cum commentario p. 346 sqq.; R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach *Recueil des inscriptions juridiques Grecques* p. 180 n. XI; R. Meister cum commentario amplissimo et doctissimo *Berichte der Königl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften* 1895 p. 272 sqq.; nos quoque Roehlii imaginem repetimus). Cf. quae de titulo disputaverunt C. Bursian *Litterarisches Centralblatt* 1870 p. 154 sqq.; A. Riedenauer Hermae VII p. 111 sq.; E. Egger *Journal des Savants* 1872 p. 29; M. Bréal *Revue archéologique* 1876 p. 115 sqq.; E. Curtius Hermae X p. 237 sqq.; U. von Wilamowitz-Möllendorff *Zeitschrift für Gymnasialwesen* XXXI p. 367; W. Dittenberger Index lect. Halens. hiem. 1885/6 p. XI sqq.; A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 116 sqq.; E. Meyer *Forschungen zur alten Geschichte* p. 291 sqq.

[*Textum vide pag. 83. 84.*]

A Ἐν Ναύπακτον κα(τ) τῶνδε ἀπιϝοικία· Λοϙρὸν τὸν Ὑποκναμίδιον,
ἐπ|εί κα Ναυπάκτιος γένηται, Ναυπάκτιον ἐόντα ὅπω(ς) ξένον ὅσια
λανχάν|ειν καὶ θύειν ἐξεῖμεν ἐπιτυχόντα, αἴ κα δείληται. αἴ κα
δείληται, θύειν καὶ λ|ανχάνειν κἠδάμω κἠϙοινάνων αὐτὸν καὶ τὸ γέ-
νος καταιϝεί. τέλος το|ὺς ἐπιϝοίϙους Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων μὴ
φάρειν ἐν Λοϙροῖς τοῖ|ς Ὑποκναμιδίοις, φρίν κ' αὖ τις Λοϙρὸς γένη-
ται τῶν Ὑποκναμιδίων. αἴ (κα) | δείλ(η)τ' ἀνχωρεῖν, καταλείποντα
ἐν τᾷ ἱστίαι παῖδα ἡβατὰν ἠδελφεὸν ἐξ|εῖμεν ἄνευ ἐνετηρίων. αἴ
κα ὑπ' ἀνάνκας ἀπελάωνται ἐΝαυπάκτω Λοϙ|ροὶ τοὶ Ὑποκναμίδιοι,
ἐξεῖμεν ἀνχωρεῖν, ὅπω ϝέκαστος ἦν, ἄνευ ἐ|νετηρίων. τέλος μὴ φάρειν
§ 1 μηδὲν ὅτι μὴ (μ)ετὰ Λοϙρῶν τῶν ϝεσπαρί|ων. — Α — Ἔνορϙον τοῖς
ἐπιϝοίκοις ἐν Ναύπακτον μὴποσταμεν ἀ(π' Ὀ)ποντίων| τέ[χ]νᾳ καὶ μα-
χανᾷ μηδεμιᾷ ϝεϙόντας. τὸν ὅρϙον ἐξεῖμεν, αἴ κα δεί|λωνται, ἐπάγειν
μετὰ τριάϙοντα ϝέτεα ἀπὸ τῶ ὅρκω ἑκατὸν ἄνδρας Ὀ|πουντίοις Ναυ-
§ 2 πακτίων καὶ Ναυπακτίοις Ὀπουντίους. — Β — Ὅστις κα λιποτελέη|ι
ἐγ Ναυπάκτω τῶν ἐπιϝοίϙων, ἀπὸ Λοϙρῶν εἶμεν, ἔντε κ' ἀποτείσῃ
§ 3 τὰ νό|μια Ναυπακτίοις. — Γ — Αἴ κα μὴ γένος ἐν τᾷ ἱστίᾳ ἦ
ἠ 'χεπάμων τῶν ἐπι|ϝοίϙων ἦι ἐν Ναυπάκτῳ, Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμι-
δίων τὸν ἐπάνχισ|τον κρατεῖν, Λοϙρῶν ὅπω κ' ἦ, αὐτὸν ἰόντα, αἴ κ'
ἀνὴρ ἦ ἠ παῖς, τριῶν μ|ηνῶν· αἰ δὲ μή, τοῖς Ναυπακτίοις νομίοις
§ 4 χρῆσται. — Δ — Ἐ Ναυπάκτω ἀνχωρέ|οντα ἐν Λοϙροὺς τοὺς Ὑπο-
κναμιδίους ἐν Ναυπάκτῳ καρῦξαι ἐν τἀ|γορᾷ, κἠν Λοϙροῖς τοῖ(ς) Ὑπο-
§ 5 κναμιδίοις ἐν τᾷ πόλι, ὧ κ' ἦ, καρῦξαι ἐν | τἀγορᾷ. — Ε — Περϙοθα-
ριᾶν καὶ Μυσαχέων, ἐπεί κα Ναυπακτι(ός τι)ς γένητα|ι αὐτός, καὶ τὰ
χρήματα τὴν Ναυπάκτῳ τοῖς ἐν Ναυπάκτῳ χρῆσται, | τὰ δ' ἐν Λοϙροῖς
B τοῖς Ὑποκναμιδίοις χρήματα τοῖς Ὑποκναμιδί|οις || νομίοις χρῆσται,
ὅπως ἁ πόλις ϝεκάστων νομίζει Λοϙρῶν τῶν Ὑποκν|αμιδίων. Αἴ (κά)
τις ὑπὸ τῶν νομίων τῶν ἐπιϝοίκων ἀνχωρέῃ Περϙοθαριᾶ|ν καὶ Μυσα-
§ 6 χέων, τοῖς αὐτῶν νομίοις χρῆσται κατὰ πόλιν ϝεκάστους. | — Ϝ —
Αἴ κ' ἀδελφεοὶ ἔωντι τῶ 'ν Ναύπακτον ϝοικέοντος, ὅπως καὶ Λοϙρῶ|ν
τῶν Ὑποκναμιδίων ϝεκάστων νόμος ἐστί, αἴ κ' ἀποθάνῃ, τῶν χ|ρη-
§ 7 μάτων κρατεῖν τὸν ἐπίϝοιϙον τῶ κατικόμενον κρατεῖν. — Ζ — | Τοὺς
ἐπιϝοίϙους ἐν Ναύπακτον τὰν δίκαν πρόδιϙον ἁρέσται πο(τ) τοὺς
δ|ικαστῆρας, ἁρέσται καὶ δόμεν ἐν Ὀπόεντι κατὰ ϝέος αὐταμαρόν.
Λοϙ|ρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων προστάταν καταστᾶσαι, τῶν Λοϙρῶν
τὠπιϝ|οίϙῳ καὶ τῶν ἐπιϝοίϙων τῷ Λοϙρῷ, οἵτινες κἀπι(ϝε)τὲς ἔντιμοι
§ 8 ἔ(ωντι). — Η — Ὅσσ|τις κ' ἀπολίπῃ πατάρα καὶ τὸ μέρος τῶν
χρημάτων τῷ πατρί, ἐπεί κ' | ἀπογένηται, ἐξεῖμεν ἀπολαχεῖν τὸν
§ 9 ἐπίϝοιϙον ἐν Ναύπακτον. | — Θ — Ὅστις κα τὰ ϝεϝαδηϙότα δια-
φθείρῃ τέχνᾳ καὶ μαχανᾷ κα|ὶ μιᾷ, ὅτι κα μὴ ἀνφοτάροις δοκέῃ,
Ὁπουντίων τε χιλίων πλήθ|ᾳ καὶ Ναϝπακτίων τῶν ἐπιϝοίϙων πλήθᾳ,
ἄτιμον εἶμεν καὶ χρή|ματα παματοφαγεῖσται. τὠνκαλειμένῳ τὰν δί-
καν δόμεν τὸν ἀρ|χόν, ἐν τριάϙοντ' ἀμάραις δόμεν, αἴ κα τριάϙοντ'
ἀμάραι λείπωντ|αι τᾶς ἀρχᾶς. αἴ κα μὴ διδῷ τῷ ἐνκαλειμένῳ τὰν
δίκαν, ἄτιμ|ον εἶμεν καὶ χρήματα παματοφαγεῖσται, τὸ μέρος μετὰ
ϝο|ικιατᾶν. διομόσαι ὅρϙον τὸν νόμιον. ἐν ὑδρίαν τὰν ψάφιξ|ξιν
εἶμεν. καὶ τὸ θέθμιον τοῖς Ὑποκναμιδίοις Λοϙροῖς ταὐ|τᾶ τέλεον
εἶμεν Χαλειέοις τοῖς σὺν Ἀντιφάτᾳ ϝοικηταῖς.

Lex Locrorum Hypocnemidiorum de colonia Naupactum mittenda. Locros orientales, qui e regione Euboeae habitabant, unam civitatem effecisse neque quicquam fidei habere eorum opiniones, qui orientem versus a Daphnunte Opuntios, occidentem versus Epicnemidios incoluisse statuerent, certissimis argumentis evicit Vischer p. 212 sqq. Sed

A

B

quo pacto hic modo Ὀπούντιοι modo Ὑποκναμίδιοι commemorentur, Meyerus demum expedivit, cum Opuntiorum imperio reliqua regionis oppida subiecta fuisse statueret; quare ubi de origine et domicilio hominum quorumpiam diceretur, rectissime gentis nomen poni; magistratus vero. iudicia, omne denique rerum publicarum regimen ad Opuntios solos referri, ut plane eadem ratio inter haec duo nomina intercederet atque inter Ἀθηναῖοι et Ἀττικοί, Σπαρτιᾶται et Λακεδαιμόνιοι, Θηβαῖοι et Βοιωτοί. Quae verissime disputata sunt, nisi quod reliquis exemplis inter se simillimis unum immiscuit ab hac causa plane alienum; etenim Ἀθηναῖος et Ἀττικός non eam habent notionis rationem, quae inter Σπαρτιάτης et Λακεδαιμόνιος, Θηβαῖος et Βοιωτός, Ὀπούντιος et Λοκρός intercedit, sed cum illis comparanda sunt Μεγαρεύς et Μεγαρικός, Κορίνθιος et Κορινθιακός, Λακεδαιμόνιος et Λακωνικός. Quod florentibus Atheniensium rebus sic se habuisse neque Meyerus neque quisquam alius infitiabitur; sed eum usum ab omni tempore obtinuisse neque rerum publicarum mutationibus demum invectum esse intelleget, quicunque omnem ἐθνικῶν et κτητικῶν apud Graecos rationem accurata observatione perspectam habebit; sed hoc fusius exponere non huius loci est. A Locris Hypocnemidiis igitur, quorum imperium penes Opuntios erat, colonia Naupactum missa erat. De hac colonia hic dici luce clarius est. Sed cum plerique ex prioribus, quorum opinionem maxime perspicue exposuit et defendit Meyerus, legem ab Opuntiis propositam agnoscant, Meisterus p. 288 pactum potius inter Opuntios et colonos, qui iam civitatem apud Locros Hypocnemidios exuissent, hic haberi disputat docte sane et subtiliter, neque tamen ita ut mihi persuadeat. Etenim cum ille rectissime iudicet, pactum eiusmodi fieri non potuisse, priusquam coloni ex antiqua civitate discessissent, tamen tabula ipsa cum indice praemisso κατ τῶνδε ἀπιϝοικία, tum eiusmodi locutionibus, qualis est ἐπεί κα Ναυπάκτιος γένηται, demonstrat, coloniam Naupactum deductum iri, non iam deductam esse. In universum igitur Meyerum verum vidisse existimo, quum diceret, hic ea modo iura enumerari, quibus coloni in antiqua patria usuri essent; neque enim Opuntiorum fuisse definire, quid iuris colonis Naupacti esset, sed Naupactiorum, quorum in civitatem illi recipiebantur (cf. tamen quae exposui ad vs. 10. 11). Quod ἔποικοι dicuntur, recte Vischerus inde repetivit, quod in locum iam habitatum mittuntur; nam sic eos ad aliquid, quod iam exstaret, accedere, quare sive antiqui incolae expellerentur sive imperio colonorum subiungerentur sive eodem cum illis iure uterentur, proprie vocem cum praepositione ἐπί compositam usurpari, cum tamen antiquae patriae ratione habita eodem iure ἄποικοι dici possent. Quam nominis definitionem Meyerus amplius comprobavit Charonis frg. 6 et Ephori frg. 73 allatis; pugnare cum ea videtur Thucydidis locus VI, 4, 3: Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν. Sed nescio an hic propterea ἐποίκους dixerit scriptor, quia utraque colonorum pars ad alteram accedit et cum ea coniungitur.

Quando illa colonia missa esset, homines docti initio dissenserunt; hoc sane constabat, id nullo modo fieri potuisse, quo tempore Naupactus ab Atheniensibus capta a Messeniis teneretur (a. 454—404 a. Chr.). At cum Oeconomides tabulam illa aetate antiquiorem existimasset, Vischerus ad tempora bello Peloponnesiaco aliquanto recentiora descendere maluit; neque enim idoneam causam coloniae mittendae illo antiquiore tempore perspici; quod contra Naupacto a Locris recuperata (Paus. X, 38, 10 ἐκλιπόντων δὲ ὑπὸ ἀνάγκης τῶν Μεσσηνίων οὕτως οἱ Λοκροὶ συνελέχθησαν αὖθις ἐς τὴν Ναύπακτον), ne brevi rursus amitteretur, colonis accitis cavendum fuisse, praesertim cum oppidum amplissimum esset (Thuc. III, 102), neque facile nisi a magno civium numero defendi posset. Sed cum paene nihil sciamus de illarum regionum per priora saeculi quinti tempora rebus, quid valet quod occasionem coloniae deducendae demonstrare non possumus? Et litteraturam tituli cum Vischeri opinione pugnare nemo rei palaeographicae peritus negabit; quare cum Kirchhoffio recentiores editores ad unum omnes ad Oeconomidis sententiam redierunt; id sane non video, quare Meyerus titulum multo antiquiorem dicat quam Naupactum ab Atheniensibus occupatam, atque adeo ante bellum Persicum incisum probabile existimet; neque enim est cur per multos annos colonos illos, qui iam cum deducebantur, metuebant ne vi pellerentur (vs. 8), Naupacti mansisse statuamus; ac nescio an ipsum periculum ab Atheniensibus imminens novis civibus ex Locris orientalibus acciendis ansam dederit (cf. E. Curtius Hermae X p. 238, qui num recte coloniae deducendae consilium ad Corinthios rettulerit sane dubito). Tabulae Oeanthensis (n. 333) comparationem, cui Vischerus multum tribuit in aetate huius legis definienda, nullam fere in hac re utilitatem habere existimo, cum quia ipsius quoque tempus mera coniectura constitutum est, tum quia litteratura quidem illic recentior est, sermo vero antiquior, neque constat quid a temporum, quid a locorum, ubi utrumque monumentum incisum est, discrimine repetendum sit.

Inventa haec tabula dicitur Oeantheae (*Galaxidi*), eamque in Locrorum occidentalium, non orientalium regione inscriptam esse litterarum quarundam formae docent. Sed utrum Naupacti exarata sit, an Chalii (propter illud additamentum, quod legitur vs. 46. 47) definiri nequit, etsi hoc mihi quidem probabilius videtur (v. infra p. 88). Quare pro ea lege, quam nobis scripsimus, ut quorum titulorum origo pro certo explorari non posset, inter eius loci ubi inventi essent monumenta referrentur, in Oeanthensium numerum recepimus, etsi Oeanthensis certe origine non est.

Hic quoque dubitatum est a Kirchhoffio, num titulus ab initio integer esset. Non sane caret indice argumenti (vs. 1), sed eum graves offensiones habere et Kirchhoffius et alii existimaverunt. Atque ἁπιϝοικία quidem non recte reprehensum est; nam articulus additus inde repetendus, quod sine dubio priusquam haec lex proponeretur iam aliquantisper de colonia illa agitatum erat (vide quae adnotavi ad vs. 10. 11); quod autem crasi non ᾱ sed η̄ nasci debuisse visum est, id si verum esset facile vitari posset G. Curtii invento, qui aphaeresin ἁ 'πιϝοικία statuit; sed eo ne opus quidem est, siquidem et intra eandem vocem et in duarum confinio Dorienses eosque, qui eodem fere sermonis genere utebantur, ᾰε quidem et ᾰη in η, sed ᾱε in ᾱ contraxisse demonstravi. Graviora sunt, quae de litteris κατονδε disputaverunt homines docti; nam ut mittam Oeconomidem, qui κα τῶνδε (εἶ)α (ἐ)πιϝοικία scripsit (quasi vero infra definiretur, quinam homines coloni mitterentur, non quibus legibus), plerisque editoribus placuit Bursiani lectio κα(τ) τόνδε (sc. τὸν νόμον). At eiusmodi ellipsis, ut ὅδε dicatur pro ὅδε ὁ νόμος, a Graecorum sermone aliena est; quare Roehlius ad satis audax remedium descendit, ut plura neglegentia omissa ratus restitueret κα(τ) τόνδε ἁ(γέσθω τὸν νόμον ἐ)πιϝοικία, id quod ipso verborum ordine in actorum publicorum sermone insolito refellitur. Quod contra Curtius κα(τ) τῶνδε legit, genetivum pro accusativo usurpatum statuens. Quae huius usus exempla attulit, ὀμνύναι καθ' ἱερῶν, καθ' ὅλου similia, ea sane ab hac quaestione alienissima sunt. Verum enimvero casuum cum praepositionibus coniunctorum usum in reliquis dialectis multifariam discrepare cum Attica certum est; ut alia mittam, ipsi Locri, Phocenses, Delphi constanter ὑπέρ τινα dicebant pro Attico ὑπέρ τινος. Atque id ipsum, de quo hic quaeritur, κατὰ τῶνδε '*secundum haec*' Locrorum esse, tituli n. 267, 9 testimonio probavi (cf. etiam adn. ad n. 333, 13). Quare non est, cur titulum integrum esse negemus.

Vs. 1—4. *Si quis Locrorum Hypocnemidiorum Naupactum migraverit, ei si quando visendi causa antiquam patriam adierit, licebit utpote peregrino — quia iam Naupactius est — hospitis iure et commodis frui et rem divinam facere, si volet; sin malet ut civis rerum sacrarum particeps esse inter cives antiquos, hoc quoque licebit.* Ita Meyerus hoc enuntiatum primus recte interpretatus est, ut iam appareat, iteratum αἴ κα δείληται, quod Vischerus epanalepseos figura defendit, alii ad lapicidae socordiam revocaverunt, recte et accurate dici de duabus rebus, quarum colono optio detur. Si civis iure in sacris antiquae patriae uti praeferet, non modo totius populi (δάμω), sed etiam minoris corporis, veluti phratriae, gentis, pagi, cuius fuit, rei divinae interesse licebit. Ad eiusmodi corpora enim recte Vischerus rettulit ϙοινάνων nomen, monens Aristotelem Eth. Nic. VIII, 11, 1160 *a*, 9 item ea omnia κοινωνιῶν voce comprehendere. Vs. 2 utrum cum Riedenauero et Meistero Λοϙρὸν τῶν Ὑποκναμιδίων an cum reliquorum plerisque Λοϙρὸν τὸν Ὑποκναμίδιον legendum sit, ambiguus haereas. Nam illud quidem commendat versus 6, neque absurdum est, omnes coniunctos a sedibus, ubi habitabant, Hypocnemidios vocatos esse, singulos non item. Sed articulo τόν vix careri posse in eiusmodo praecepto demonstrant loci n. 333, 1. 2. 7. 8. 14. 15. 334, 29. 31. 34. 35. 37. Deinde lenissima medela Cauerus restituit ὅπω(ς) ξένον, quod unum sententiae plane accommodatum ideoque reliquorum conatibus (ὁπόξενον i. e. ὁμόξενον Oeconomides, ὁπ(λ)όξενον G. Curtius, de lacuna cogitavit Wilamowitzius) longe praeferendum est. Plane aliter hanc totam paragraphum interpretatur Meisterus; qui quod de sacrorum communione, qua coloni non in antiqua patria, sed Naupacti usuri sint, hic dici existimat, id cum ea opinione cohaeret, quam de totius tituli natura et argumento sibi informa-

vit; quae cur mihi non probetur, supra exposui. Quod vero ὁσία (sc. ἐστὶ) λαγχάνειν legere mavolt, de ea re provocat ad locos Homeri π, 423: οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν; χ, 412: οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι et Pindari Pyth. IX, 36: ὁσία κλυτὰν χέρα προσενεγκεῖν. Quod his exemplis probare volt, ἐστὶν omitti in eiusmodi enuntiatis, sane probavit, etsi id quidem vix opus erat; vellem id potius exemplis probasset, in legibus aut pactis civitatium apud veteres Graecos pro usitato imperativo aut infinitivo etiam hanc formulam *'fas est hoc vel illud facere'* inveniri. Cuius usus quum nullum noverim exemplum, praestare videtur in priorum editorum lectione et interpretatione acquiescere.

Vs. 4—6. *Vectigal coloni Locrorum Hypocnemidiorum non pendent Locris Hypocnemidiis, priusquam quis rursus in Locrorum Hypocnemidiorum civitatem redierit.* Vs. 6 αὖ τις editores omnes, αὔτις Meyer, qua lectione structura durior fit sine idonea causa.

Vs. 6—8. *Si in antiquam patriam redire volet colonus, licebit sine vectigali redire, dummodo Naupacti relinquat filium adulta aetate aut fratrem.* In commissura versuum 6 et 7 lapicidae errore omissam esse particulam κα Roehlius observavit. Vs. 7 καταλείπων ⟨τὰ⟩ Bursian, καταλείπων τὰ Meister; sed interpunctionem hic perperam positam esse non tam incredibile est quam illi videtur, et duos accusativos τὰ ἐν τᾷ ἱστίᾳ et παῖδα ἡβατὰν ἠδελφεὸν ab eodem participio pendere non credo; si obiecti locum uterque teneret, particula copulativa opus esset; quod vero τὰ ἐν τᾷ ἱστίᾳ adverbialem accusativum esse vult Meisterus, id exemplis huius loci neutiquam similibus defendere conatus est. Quare cum plerisque editoribus καταλείποντα scripsi. Accusativus recte se habet, dummodo ad apodosin, non ad protasin referatur participium. ὧ et ὅπω hic non ubi, ut visum erat B. Delbrueckio et R. Schoellio, sed Dorico more unde significare perbene exposuit Meister p. 285. ἐνετήρια ab ἐνίημι (*intromitto*) descendere convenit inter editores; plerique vectigal intellegunt, quod pendant peregrini, quibus civitas detur. Cuius rei cum idonea testimonia desideraret Meisterus, sacrificium (ut εἰσιτήρια similia) intellegere maluit. Sed nescio, an in summa obscuritate rerum publicarum per illa tempora nimium tribuerit testimoniorum penuriae.

Vs. 8—10. *Si Naupacto vi expellentur coloni, in suam cuique antiquam patriam redire licebit sine vectigali.* Non ab externis modo hostibus, sed etiam ab antiquis Naupactiis ne coloni expellerentur periculum fuisse, Meisterus monuit.

Vs. 10—11. *Vectigal nullum pendent coloni, nisi una cum Locris occidentalibus.* Hoc Vischerus ita intellexit, ut Naupactii novis colonis alia vectigalia imponere vetarentur ac quae omnes cives penderent, eumque omnes secuti sunt praeter Meyerum, qui cum omnino ad Naupactiorum vectigalia hanc legem spectare posse negaret, hoc cum proximo superiore enuntiato (vs. 8—10) arctissime conexum statuens ita interpretatus est, colonis Naupacto vi expulsis in antiqua patria nihil vectigalis imponi licere, nisi quod dum Naupacti habitabant pependissent. Sed hac interpretatione ni plane fallor vis affertur verbis tituli, quippe quae neque significent hoc ad eos modo spectare, de quibus proximo enuntiato verba facta sunt, neque temporis discrimen (*post reditum — antea*), in quo, si Meyerum sequimur, totius sententiae cardo vertitur, vel levissima vocula indicent. Quare ad Vischeri sententiam redeundum est; nam quod Meyerus monuit, hic non definiri quid Naupactiis liceret vel non liceret, in universum quidem mea sententia verum est. Sed quum consentaneum sit, coloniam non deductam esse nisi pacto quodam inter Naupactios et Opuntios facto, in quo Naupactii se colonos in omnia iura civium sine ullo discrimine recepturos esse promiserant, quidni Opuntii hoc pacto freti eis, qui nomen daturi essent in hanc coloniam, tabula proposita confirmaverint, eos nullis peculiaribus tributis separatim a reliqua Naupactiorum civitate oneratum iri? De his, quae litteris consignata erant priusquam Meisteri commentarius ederetur, mihi cum eo plane convenit, utut ceteroqui de tituli natura et argumento dissentimus.

§ 1 vs. 11—14. *Coloni iureiurando obstringuntur, nunquam se sua sponte ab Opuntiis defecturos esse. Triginta annis post primum iusiurandum elapsis licebit centum viris Naupactiorum ab Opuntiis et centum viris Opuntiorum a Naupactiis postulare, ut iusiurandum iteretur.* Vs. 11 ἀ(π' Ὀ)πουντίων emendavit Vischer. Vs. 12 τέ(χ)νᾳ ex vs. 38 reposuit Roehl, cum priores hic dialecti Locricae proprietatem agnovissent. De sententia vocabulorum ὅρκον ἐπάγειν Vischer recte provocavit ad Pausan. IV, 14, 4 πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἐπάγουσιν ὅρκον μήτε ἀποστῆναί ποτε κτλ. et ad Harpocrationem s. v. ἐπακτὸς ὅρκος. Alibi in eiusmodi documentis praecipi solet, ut necessario certis temporis intervallis iusiurandum repetatur, hic id ipsorum arbitrio permittitur, ita tamen ut, si alteri postulent, alteris negare non liceat.

§ 2 vs. 12—16. *Qui ex colonis vectigalibus non solutis Naupacto discedet, is a Locrorum societate excludetur, dum debita Naupactiis pependerit.* De vocis λιποτελεῖν notione, etsi alibi non legitur, ipsa compositio et aliorum verborum similitudo nihil dubii relinquunt. Vs. 15 Roehlius, quem Cauerus et Meyerus sequuntur, quum reliqui editores ἀπὸ Λοκρῶν scribant, adiectivum compositum ἀπόλοκρον agnoscere sibi visus est. Sed quod in ea compositione offensioni est, a nomine proprio gentis tale adiectivum deduci, id neque exemplo vocis ἀπόμαχος, ad cuius similitudinem ille provocavit, neque, quod sciam, ullo alio defenditur. Hic quoque mihi plane cum Meistero convenire video.

§ 3 vs. 16—19. *Si quis Locrorum Hypocnemidiorum Naupacti prolem aut alium heredem non relinquet, bona ad proximum agnatum inter Locros, undecunque oriundus est, pervenient ea condicione, ut ille, sive adulta aetate sive puer est, intra tres menses illuc se conferat; sin minus, Naupactiorum leges de hereditate valebunt.* Quum priores omnes ἐχέπαμον legissent, Meisterus egregio acumine vidit, ἢ 'χεπάμων per aphaeresin scriptum esse. Nam antiquiorem interpretationem non modo id incommodi habere, quod alterum ἢ supervacaneum esset, sed etiam maiore vitio laborare; namque si proles Naupacti non esset, quae hereditatem adiret, statim agnatos, qui apud Locros orientales essent, vocari. Privari igitur fratres aut alios agnatos, qui Naupacti habitarent, hereditatis iure, id quod incredibile esset. Haec ratiocinatio rectissime se habet, nam γένος, siquidem gentis notio ab hoc loco alienissima est, nihil significare potest nisi subolem, qua fratres aliique agnati non continentur. Meisteri vero lectio indicat, si neque filii nepotesve neque (alii) heredes sint Naupacti, ad proximum agnatum inter Locros Hypocnemidios hereditatem redire. Vs. 18 ὅπω κ' ἦ Meyerus interpretatur 'sive Hypocnemidius est sive Ozola'. Sed quomodo proximus agnatus coloni Hypocnemidii inter Locros Ozolas esse possit, non perspicio, quare illud 'undecunque oriundus est' ad singula potius Locrorum Hypocnemidiorum oppida refero, ut vs. 21 ὧ κ' ἦ. Hypocnemidii hic simpliciter Λοκροί vocantur, ut infra vs. 34. 35.

§ 4 vs. 19—22. *Qui Naupacto redire volet in Locros Hypocnemidios, id per praeconem pronuntiandum curabit et Naupacti in foro et in eo Locrorum Hypocnemidiorum oppido, ex quo oriundus est, in foro.*

§ 5 vs. 22—29. *Si quis ex gentibus Percothariarum et Mysacheorum Naupactius factus erit ipse, ea bona quoque, quae Naupacti erunt, Naupactiorum legibus utentur, quae vero bona in Locris Hypocnemidiis erunt, Locrorum Hypocnemidiorum legibus utentur, quales in unoquoque oppido leges sunt inter Locros Hypocnemidios. Si quis Percothariarum et Mysacheorum illinc, ubi Naupactiorum leges valent, in antiquam patriam redibit, suis quisque legibus, quae in unoquoque oppido sunt, utetur.* Quum Oeconomides hic bis περ ϙοθαριᾶν καὶ Μυσάχεον legisset oppidaque duo ceteroquin ignota Locrorum Hypocnemidiorum significari putasset, Vischerus, cum praepositionis περί vim neque utroque loco eandem futuram esse et neutro aptam intellexisset, Περϙοθαριᾶν unam atque integram vocem esse demonstravit, dici vero hic de duabus gentibus sacerdotalibus; ipsa nomina hanc gentium dignitatem prodere Fridericus Nietzsche a Vischero consultus egregio acumine perspexit; etenim Περκοθαρίας a verbo περικαθαίρειν (κοθαρός Doricum est), Μυσαχέας vero a μύσος et ἀκεῖσθαι dictos esse cum aspiratione apud Locros haud inusitata (cf. φρίν vs. 6. ἐχθός n. 333, 10); purgando igitur et expiando illos praecipue operam dedisse. Vs. 22 Ναυπάκτι(ο)ς Oeconomides, G. Curtius, Meister, Ναυπάκτι(ός τι)ς Vischer, quem reliqui sequuntur. Hanc emendationem vix violentiorem dixeris quam illam, siquidem causa erroris in propatulo est. Atque ipsa enuntiati structura, quam Meisterus recte perspexit, vetat nos cum eo de emendatione consentire; nam ab αὐτός (*ipse*) genetivus partitivus Περϙοθαριᾶν καὶ Μυσαχέων pendere nullo modo potest. Atqui αὐτός re vera cum protasi, non cum apodosi coniungendum esse, cum inde apparet, quod rectissime dicitur, si quis ipse Naupactum mi-

graverit, etiam bona eius, quae Naupacti sint, Naupactiorum legibus uti, tum inde, quod apodoseos structurae nominativus αὐτός omnino accommodatus non est, ita ut interpretes ad errorem sculptoris confugere cogantur. Vs. 23 fin. post ἐν Ναυπάκτῳ (νομίοις) supplere non opus est. Vs. 27 ὑπὸ τῶν νομίων 'ita ut inde, ubi legibus Naupactiorum subditus est, decedat' Vischer, cuius interpretatio a Meyero aliisque probata est, iure sine dubio, etsi plane geminum huius usus exemplum me non novisse fateor. Hanc eandem rem video scrupulum movere Meistero. Sed quam is praefert interpretationem, ὑπὸ τῶν νομίων non aliter dici atque ὑπ' οἰωνῶν καλῶν Eurip. Ion. 1333 aliaque id genus, ea ne ipsa quidem difficultatibus caret; nam quod τὰ νόμια τῶν ἐπιϝοίκων de huius tabulae legibus interpretatur, monendum est, eis quidem definiri, quibus condicionibus redire liceat colono, sed nullo modo eum unquam redire cogi; quare in illa Meisteri sententia, ni plane fallor, praepositione κατά, non ὑπό uti debebat lex. Vs. 27 κα supplevit Roehl. Vs. 28 τοῖς αὐτῶν νομίοις de peculiaribus illarum duarum gentium privilegiis intellexeris; neque obstat enuntiatum relativum adiunctum; nam poterant illa privilegia varia esse in singulis Locrorum oppidis. Tamen Vischerum verum vidisse persuasum habeo, qui hic simpliciter civitatum, unde quisque oriundus sit, leges intellegit; nam quae hic de eius, qui Naupacto redierit, bonis cunctis statuuntur, consentaneum est non discrepare ab eis, quae vs. 24—27 de eorum, qui Naupacti habitant, rei familiaris parte in patria relicta praecipiuntur; illic vero ita loquitur lex, ut de proprio quodam Percothariarum et Mysacheorum iure intellegi nequeat.

§ 6 vs. 29—31. *Si cui colono Naupacti habitanti fratres sunt in antiqua patria, aliquo ex his defuncto colonus bonorum pro virili parte heres esto.* Nihil hic definitur, nisi ne cuius ius fratris hereditatem adeundi ea re imminuatur, quod Naupactum migravit. Insigne rudis et inculti sermonis documentum est, quod nonnulla mente supplenda sunt, quae plane necessaria videntur, nempe αἴ κ' ἀδελφεοὶ ἔωντι ἐν Λοϙροῖς τοῖς Ὑποκναμιδίοις et αἴ κ' ἀποθάνῃ τῶν ἀδελφεῶν τις. Quod contra id definite enuntiandum iudicabat legislator, quod per se patebat, si plures essent fratres, non totam hereditatem, sed unam modo portionem ad colonum Naupactium perventuram esse; hoc enim tria postrema paragraphi verba sibi velle mihi cum editoribus convenit, sed non puto eos recte illi τῶν χρημάτων κρατεῖν per epexegesin subicere τὸ καττικόμενον κρατεῖν, quia sic sine idonea causa a genetivo ad accusativum casum transiretur; immo τῶν χρημάτων mihi videtur genetivus partitivus esse, τῷ vero pronomen relativum, et καττικόμενον verbi finiti locum tenere, ut προσῆκον (pro προσῆκόν ἐστιν aut προσήκει) aliaque id genus frequenter usurpantur. Totum igitur enuntiatum Attice sic exprimendum iudico: τὸν ἔποικον κρατεῖν τῶν χρημάτων τούτου τοῦ μέρους, οὗ αὐτὸν προσῆκόν ἐστι κρατεῖν. Forma τῷ nullam habet offensionem; nam neque hic neque in tabula Oeanthensi n. 333 aliud exemplum pronominis simplicis relativi occurrit, ut de Locrorum quidem dialecto neutram in partem certum iudicium ferri liceat; sed eam arctissima necessitudine contineri scimus cum Doride, quam passim pronominis demonstrativi ὁ, ἁ, τό casibus obliquis relativa vi usam esse constat (cf. Ahrens De dialectis II p. 275 sq.).

§ 7 vs. 32—35. *Colonorum lites ante reliquas omnes ab iudicibus tractabuntur; si opus erit, eadem die qua ad iudicium delatae erunt, transigentur Opunte. Patronum ex Locris colono et ex colonis Locro dabunt ei qui quoque anno magistratibus fungentur.* Prima parte huius paragraphi προδικίας privilegium, quod perfrequenter apud Graecos honoris causa singulis hominibus tribuebatur, ab Opuntiis omnibus colonis conceditur, quia ei qui Naupacto Opunta venit sane iudicii dilatio multo molestior futura erat, quam Opuntio. Qua de causa adeo eodem die lites diiudicari iubentur; sine dubio hoc non potest ad omnes lites spectare, sed infeliciter accidit, quod accuratior definitio litteris καταϝεος continetur, quae aut vocabulum ceteroqui plane ignotum aut gravem sculptoris errorem habent. Vischeri emendatio κατὰ ϝέ(τ)ος, quae plurimorum editorum assensum tulit, tamen Meyero iure sanam sententiam praebere non est visa; etenim si tam intolerabilis existimabatur mora, ut intra unius diei spatium iudicia transigi iuberentur, quomodo eis certum quoddam tempus quotannis rediens destinari potuit, qua in re actores per multos menses occasionem rei ad iudices deferendae expectare cogebantur? Item ex illis, qui pronomen personale tertiae personae ϝέος agnoscebant, id quod Roehlius fecit adiuncto audacissimo supplemento, C. A. M. Pond apud Robertsium p. 353 cum interpretatione contorta et obscura, nemo verum vidisse iudicandus est. Ne Meistero quidem contigit, ut difficultatem expediret. Is cum Λοκρὸν τῶν Ὑποκναμιδίων legeret, idque ad prius, non ad posterius enuntiatum referret, hoc dici existimavit: 'Locrus Hypocnemidius, qui in ius vocatus erit ab colono Naupactio, quantum in ipso erit eodem die in iudicio illi praesto sit.' Etenim κατὰ ϝέος (καθ' ἑαυτοῦ) ex Locrorum more (v. ad vs. 1) hic pro καθ' ἑαυτόν usurpatum addi, quia mora iudicii etiam sine culpa rei intercedere posset. At neglexit hic Meisterus, quod ipse aliis locis recte observavit, ἀρέσται καὶ δόμεν nullo modo posse ad unum reum referri utrumque, sed ἀρέσται ad partes litigantes, δόμεν ad magistratum, qui iudicio praesit spectare (cf. vs. 41. 42. 43). Una Riedenaueri opinio, qui κατὰ (χρ)έος emendat, a sententia quidem nihil habet quod reprehendas; sed loci Homerici, quas ille attulit, partim (α, 409. β, 45) nomen χρεῖος vel χρέος sine praepositione habent, partim (λ, 479. Hymn. Merc. 138) κατὰ χρέος longe alia vi usurpant ac quae hic et conexu sententiarum requiritur et ab ipso eis tribuitur: 'si opus sit' ('*im Bedürfnissfalle*'). Videtur igitur de restituendis his verbis desperandum esse. — Altera pars paragraphi perobscura est. Id quidem cum alii senserunt, tum Meyerus perbene exposuit, colonos sacrorum quidem et iuris privati communione cum antiqua patria etiamtum conexos fuisse, civitatem vero exuisse, cum Naupactii fierent, ita ut Opunte in iudicio civis patrocinio uti deberent; sed id eorum honori datum esse, ut non cum reliquis Naupactiis proxeni auxilium implorarent, sed suus cuique patronus quasi inquilino daretur. Item vice versa si quis Locrorum Hypocnemidiorum, qui domi remansissent, Naupacti cum colono litigaret, eum coloni patrocinio opus habuisse. Sed perspicuitati sententiae maxime officiunt postrema verba sine dubio graviter corrupta. In quibus utut iudicatur de litteris καπιατες, illa quidem οἵτινές κα ἔντιμοι ἔ(ωντι) certa videntur. Verum haec ipsa ambigua sunt, siquidem Vischer ἐντίμους intellegit *magistratus* (τοὺς ἐν τιμαῖς ὄντας), Meyer *cives capite non deminutos* (ἐπιτίμους). Neutrum cum sermonis usu pugnare certum est. Atqui Meyerus Vischeri sententiam propterea reprehendit, quia pro Graecorum more incredibile sit, patronos ex magistratibus captos esse. Hoc concedo; sed quidni alteram praeferamus interpretationem a Vischero item commemoratam, sed reiectam, οἵτινές κα ἔντιμοι ἔ(ωντι) subiecti loco adiungi ad καταστᾶσαι, ut non *ex* magistratibus, sed *a* magistratibus patronos eligi significetur? Nam si omnibus eiusdem anni magistratibus in unum collegium (συναρχίαν) coniunctis hoc negotium mandari statuemus, non erit, cur parum distincte legislatorem loqui queramur, quae fuit una causa, cur Vischerus hanc interpretationem respueret. Quae quidem mihi eo probabilior est, quia in Meyeri sententia omnino ignoratur, quis tandem patronum elegerit. Quod Meyerus praeterea disputat contra Vischerum, si de omnibus anni cuiuspiam magistratibus diceretur, id aliter enuntiaturum fuisse legislatorem, ne ipsum quidem mihi persuasit; nam perfrequentes in hoc genere sunt formulae, qualis est οἱ ἄρχοντες οἱ ἀεὶ ἐνάρχοι ἐόντες, ad quam hanc proxime accedere nemo non videt. Meisterus οἵτινές κα πίατες ἔντιμοι ἔωντι. Verum fuisse pluralem masculini generis πίατες a πίαρ deductum, qui nobiles vel locupletes significaret, etsi insigni doctrinae copia et mentis acumine probare conatus est, mihi tamen non persuasit, neque haec duo vocabula πίατες ἔντιμοι sic ἀσυνδέτως posita sermonis usui accommodata sunt. Quod cum ita sit, ut in re incerta Vischeri emendationem κα' πι(ϝε)τές, sententiae certe accommodatissimam, recepi; in fine verbum substantivum fuisse luce clarius est, etsi ϜΣ ex EONTI corruptum vel pro huius hominis neglegentia vix credibile videtur. Contra illa inconcinnitas, quod primo de eis modo litibus cogitans, quae Opunte a colonis Naupactiis civibus Opuntiis intenderentur, genetivum Λοκρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων praemisit, deinde vero, ut alterum quoque genus comprehenderet, subicit τῶν Λοκρῶν τῶπιϝοίκω καὶ τῶν ἐπιϝοίκων τῷ Λοκρῷ, non gravior est quam multa, quae alibi commisit.

§ 8 vs. 35—37. *Si quis colonus patrem domi reliquerit et cum eo partem bonorum, quae hereditate ad ipsum perventura est, illo defuncto eis bonis potiri eaque Naupactum transferre licebit.* Recte ex his collegit Vischerus, vulgo colonis, qui patres superstites haberent, statim suam bonorum partem traditam esse; sed si quando id non factum erat, lege cavetur, ne colonus propter civitatem mutatam hereditate privetur (cf. § 6).

§ 9 vs. 38—46. *Qui haec decreta violabit, nisi si de eis mutandis consenserint utrique, maior pars mille virorum concilii apud Opuntios et maior*


pars colonorum Naupactiorum, exlex esto et bona eius publicantor. Qui eius nomen deferre volet, ei magistratus iudicium dabit intra tricesimum diem, si modo triginta dies eius magistratus reliqui erunt. Si actori iudicium non dabit, exlex esto et publicantor bona eius, id est fundus cum mancipiis.

Vocabulum ἄτιμος hic ea vi usurpatum videtur, quam habet in illa notissima Arthmii Zelitae stela (cf. Demosth. IX, 44); nam quae vulgo dicitur ἀτιμία, eam nimis lenem sanctionem poenalem in hoc gravissimo negotio existimaverim. Vs. 39. 40 πλήθα non ut πληθύς n. 333, 19 maiorem suffragiorum partem, sed contionem (πλῆθος, δῆμον) interpretatur Meyerus, iniuria si quid video. Nam nomen concilii contionisve aut δᾶμος (πλῆθος, πλήθα) esse potest, aut χίλιοι, sed Ὀπουντίων χιλίων πλήθα hac vi usurpatum non minus pugnaret cum sermonis legibus, quam Ὀπουντίων χιλίων ὁ δᾶμος. Contra si πλήθα maiorem partem (*die Majorität*) significat, nihil restat offensionis. Hic quoque convenit mihi cum Meistero. Concilium illud mille virorum plerique non omnem populum intellegunt, sed partem modo civium, qui soli suffragii ius habeant. Quam opinionem Vischerus confirmavit exemplis allatis eiusdem appellationis in civitatibus, quae sine controversia paucorum imperio regebantur, Locrorum Epizephyriorum (Polyb. XII, 16), Colophonis (Theopompus et Diogenes Babylonius apud Athenaeum XII, 526 *C D*), Agrigenti (Diogenes Laert. VIII, 66), Rhegii (Heracl. Polit. c. 25), Cymes Phriconidis (Heracl. Polit. c. 11). Oblocutus est unus Meyerus, qui totius populi contionem intellexit. Concedendum sane est, neutiquam ubicunque hoc vocabulum usurpatum est propterea eandem reipublicae formam et condicionem fuisse; sed quod ille neglexit, vocabulo numerali nunquam apud Graecos comitia totius populi significantur, sed ea modo concilia aut corpora, quae partem civium comprehendant; ut Athenis, simulatque populare imperium infringitur et ius suffragii arctioribus finibus circumscribitur, comparent illi πεντακισχίλιοι et τρισχίλιοι antea inauditi. Quot cives Opunte fuerint, neque Meyerus neque quisquam alius scire potest; sed fuisse praeter illos mille, qui optimo iure essent, alios cives sine suffragio ex ipso χιλίων vocabulo iure meritoque collectum est. Vs. 40. 42 τὠνκαλειμένῳ Vischerus et reliqui plerique passive intellexerunt de reo, Roehlius et Roberts medium esse et ad accusatorem referri maluerunt. Quod unum, si quid video, pro rei natura probabile est. Neque enim hic cavendum fuit, ne reus causam dicere prohiberetur, sed ne facinus legis violatae mora iudicii impunitum relinqueretur. Medii ἐγκαλεῖσθαι usus sane perrarus est, et duorum exemplorum a Robertsio allatorum alterum manifesto errore huc trahitur; nam apud Aristotelem Eth. Nic. IV, 2. 1127 *b* 17 διὸ καὶ ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες ἥκιστα πλουτοῦσι passivum impersonaliter usurpatum esse apparet. Sed dialectum parum cognitam hac in re ab Atticorum usu discrepasse nulla ex parte improbabile est. Vs. 44 quorsum spectent verba τὸ μέρος μετὰ ϝοικιατᾶν dissentitur. Vischerus utrumque rettulit ad sequens enuntiatum, sed ipse iure meritoque miratur τὸ μέρος de actore et reo dictum (‘*die Processpartei*’). Item non fugit eum μετὰ ϝοικιατᾶν habere nonnihil offensionis. Vocem ϝοικιάτας ab ϝοικία derivari ut ϝοικέτας a ϝοῖκος, manifestum est. Atqui hic cum de iureiurando dicatur, de servis non licere interpretari, quare ex tota familia liberos modo homines intellegendos esse. Qua in re importune accidit, quod lexicographi (οἰκιάτης Etym. M. 698, 11. Steph. Byz. s. v. οἶκος. οἰκιήτης Hesych. s. v., ubi Meisterus p. 325 not. 1 non recte [οὐκ] ὠνητὸς δοῦλος emendat) hanc vocem ut οἰκέτης nihil nisi servum significare testantur. Praeterea Vischerus, quia illud antiquorum Germanorum institutum, ut necessarii iureiurando suo actorem aut reum adiuvent, a Graecis alienum esset, μετὰ ϝοικιατᾶν non ‘una cum necessariis’ sed ‘coram necessariis’ interpretatur, quod num per leges sermonis liceat, vehementer dubito. Sed has omnes difficultates effugiemus, si cum Meyero et Meistero τὸ μέρος μετὰ ϝοικιατᾶν ad superiora referemus. Qua in re Meyerus sane non recte dixit, etiam alibi in hoc titulo μέρος sollemne iuris vocabulum rem familiarem (κλῆρον) significare; etenim vs. 36, quem locum ille intellegit, manifesto vulgarem *partis* notionem habet. Neque vero, si rem familiarem vel hereditatem hic significaret, intellegeretur, cur voci χρήματα, quae manifesto eandem vim habeat, adderetur, aut cur servi, quos partem rei familiaris efficere luce clarius est, separatim commemorentur. Quae incommoda sollerter vitavit Meisterus, quum μέρος sane idem significare statueret, quod alibi voce κλῆρος indicaretur, neque vero *rem familiarem* aut *hereditatem*, sed *fundum* vel *agrum*. Iam apparet, accuratius definiri χρήματα hoc additamento; namque reliquarum rerum praeter fundum et servos, ut erant tum Locrorum res, tam exigua apud eos facultas fuit, ut ea in publicandis damnatorum bonis neglegi nihil incommodi haberet.

Uterque litigantium iureiurando sollemni se obstringat. Suffragia iudicum in urnam coniiciantur. Lex Locrorum Hypocnemidiorum colonis lata eadem etiam de Chaliensibus, qui Antiphata duce in coloniam venerunt, valeat.

Vocabulum διομόσαι (apud Atticos διομόσασθαι) de accusatoris et rei iureiurando sollemne est. Quae sequuntur verba post ψάφιξξιν εἶμεν, ea Vischerus cum leni emendatione κα(τ) τὸ θέθμιον τοῖς Ὑποκναμιδίοις Λοκροῖς superioribus adiunxit. Sed praestat cum reliquis plerisque καί retinere et ab hoc vocabulo incipere additamentum de Chaliensium colonis, de quo vide supra p. 85. Cuius ex additamenti brevitate quod E. Curtius Hermae X p. 237 not. 2 collegit, titulum integrum non esse, falli mihi videtur. Nam verum quidem est, non omnia, quae antea de Locris Hypocnemidiis scripta erant, etiam in Chalienses quadrare. Sed id nihil incommodi habebat; namque, ut hoc potissimum utar, si Percothariae et Mysachei nulli omnino erant Chalii, sponte patebat, paragraphum quintam ad Chalienses non spectare. Verum enimvero Vischerus, quum neget probabile esse, Chalienses quoque Opuntiorum iudicia adire coactos esse ideoque non sine exceptione, quae antea de Hypocnemidiis scripta sint, Chaliensibus accommodari potuisse existimat, mentem illius additamenti non videtur plane perspexisse. Nam ni omnia me fallunt, paragraphi septimae praecepta Chaliensibus accommodata non id sibi volebant, ut Opunte, sed ut Chalii coloni Chaliensium Naupactum missi cum suis antiquis civibus litigarent, patroni Chaliensis auxilio usi. Iam hoc additamentum non spectat ad res colonorum Hypocnemidiorum, neque eorum intererat id suae tabulae subiungere; quod contra, cum omnia colonorum Chaliensium iura hoc solo decreto, ut quaecunque in Hypocnemidios etiam in ipsos caderent, niterentur, sane opus erat eos exemplum tabulae Opuntiae sibi procurare, hoc ipsum, quod nos etiamnunc tenemus. Fortasse inde, quod ex alia tabula non plane eadem litteratura exarata (nam Opuntiorum et Ozolarum scriptura aliquantum differebat, v. ad n. 333) haec transscripta sunt, errorum et corruptelarum multitudo nata est.

335 Ansa vasis ahenei reperta in oppido *Galaxidi* et in museum societatis archaeologicae Atheniensis illata. Ed. M. Collignon *Rev. arch.* XXXII (1876) p. 182 (Roehl I. G. A. p. 75 n. 323; Imagines ed. 1 p. 19 n. 3. ed. 2 p. 23 n. 3; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 164 n. 231; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 240 n. 233; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 54 n. 1480; A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 147 not. 2).



Εὔφαμος καὶ τοὶ συν|δαμιοργοὶ ἀνέθηκαν | τῷ ἥρωι.

Titulus tabulis n. 333 et 334 tempore suppar videtur. De damiurgis Oeanthensium cf. n. 333, 15.

336 Tabula lapidis calcarii leucophaei, a. 0,64, l. 0,32, c. 0,13, inaedificata ad angulum orientalem et septentrionalem domus Borodemi prope ecclesiam ἁγίας Παρασκευῆς in oppido *Galaxidi*. Exscripsit Lolling.

Λ Γ Α Θ Ω Ν Χ
/// Ο Ν Π Η Ι Α Χ
vacat

Ἀγάθων χ[αῖρε].
[Π]ουπηΐα χ[αῖρε].

---

337 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate et acroteriis in oppido *Galaxidi* in domo, quam possidet Nicolaus Gribas. Titulus integer est. Exscripsit Lolling.

Α Γ Ι Α

Ἀγία.
Genetivus nominis, quod est Ἀγίας, esse videtur (cf. adn. ad n. 327).

---

338 ʻIn Achaia apud Cirrham maritimam civitatem Phocidis, quam Anconam Pentagiosque vocantʼ Cyriacus. Nomen *Pentagioi* aliquantisper ei oppido Locridis fuisse, quod nunc *Galaxidi* vocatur, monuit Lollingius, provocans ad Χρονικὸν ἀνέκδοτον Γαλαξειδίου a C. Satha editum. Titulum habet Cyriacus p. VIII n. 63. Ex Cyriaci schedis ed. Muratori T. III p. MDCCLXXV. 6 (Boeckh C. I. G. 1762; Lebas *Inscr.* II, 1014; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 55 n. 1483). Lollingius frustra quaesivit.

Α Ρ Χ Ε Δ Α Μ Ο Υ
Θ Α Υ Μ Α Ρ Ε Τ Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρχεδάμου.
Θαυμαρέτα χαῖρε.

---

339 Tabula lapidis calcarii leucophaei, a. 0,54, l. 1,20, c. 0,17. Margo exstat a partibus superiore et dextra et, ut videtur, ab inferiore. In planicie antica obiter modo laevigata titulus incisus litteris altis 0,10. Exstat lapis ante ecclesiolam ἁγίας Τριάδος, sitam in colle fere dimidiae horae spatio meridiem et occidentem versus ab oppido *Galaxidi*; in proxima vicinia eius loci, ubi nunc est, inventum esse lapidem Lollingio affirmabant homines fide digni. Exscripsit Lolling.

ʹ Υ Λ Λ Ο Υ
Λ

[...... Βρα]χύλλου
[ἐτῶν] λʹ.

Brachyllum patrem potius defuncti esse quam ipsum, cuius hoc epitaphium est, cum propter spatii rationes existimo, tum quia recentior est lapis, quam ut hic de eo more cogitari liceat, de quo verba feci ad n. 327.

---

340 Lapis calcarius leucophaeus, cui infra ipsum marginem superiorem incisa est inscriptio, inaedificatus ab exteriore parte in ecclesia S. Nicolai in oppido *Galaxidi* in angulo parietum orientalis et meridionalis. Exscripsit Lolling.

/// Α Ι Μ Α Χ Ο Σ

[Δ]αΐμαχος.

---

341 Tabula lapidis calcarii leucophaei, a. 0,28, c. 0,16, inaedificata ad scalas in domo privata oppidi *Galaxidi*, cuius dominus est Borodemos. Versus primus in margine paullulum prominente. Exscripsit Lolling.

Ε Ρ Μ Ι Ο Ν Η ////
Β Ι Ε Ι Σ Η Ι Χ
Α Γ Α Π Η Ν C///
Χ Α Ι Ρ ..

Ἑρμιόνη [χαῖρε]. | Β[ρ]εισηΐ χ[αῖρε]. | Ἀγαπήν[ωρ] | χαῖρ[ε].

---

342 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei, ornata aëtomate et acroteriis, fracta in duas partes, inaedificata in maceria vineae, cuius domini sunt Euthymios Levantis et Ioannes Kyriakis, qui et Phaleas, sitae in regione *Kapanitza*, fere decem minutarum intervallo ab oppido *Galaxidi*. Lapidem, priusquam hic titulus incideretur, inscriptum fuisse tenuia quaedam litterarum vestigia indicant. Exscripsit Lolling.

Ε Υ Τ Ε Ι Χ Α
Χ Α Ι Ρ Ε

Εὐτείχα | χαῖρε.

---

343 Pentagiis i. e. in oppido *Galaxidi* (v. n. 338) vidit Cyriacus p. VIII n. 64. Ex suis schedis ed. Muratori T. III p. MDCXLIX. 14 (Boeckh C. I. G. 1763; Lebas *Inscr.* II, 1015; F. Bechtel ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 55 n. 1484). Lollingius frustra quaesivit.

Κ Α Λ Λ Ι Κ Ρ Α Τ Ε Ο Σ
μα Φιλόξενος, τὸ γένος Ἀμφίλοχον,
τιμᾶς ἀργυρίου ΠΜΜΜ. βεβαιωτὴρ
κατὰ τὸν νόμον Λάμιος Λεοντομένε-
ος Βούττιος. παραμενέτω δὲ Φιλόξε[ν]-
ος παρὰ Μικκίωνα ἇς κα ζῆ Μικκίων
ποιῶν τὸ ποτιτασσόμενον. εἰ δὲ μὴ ποέ-
οι, ἀτελὴς ἁ ὠνὰ ἔστω. εἰ δέ τί κα πάθη
Μικκίων, τόκα ἁ ὠνὰ κυρία ἔστω καὶ
ὁ βεβαιωτὴρ βεβαιούτω τοῖ Ἀσκλαπιοῖ.
μάρτυροι· Μένων, Φίλων, Νεαῖος,
. . . ος, Σκορπίων, Εὐριπίδας Βούττιοι·
Σάτυρος, Ἀντικράτης, Πολύξενος,
Πολύαρχος Ναυπάκτιοι. τὰν ὠνὰν
φυλάσσοντι Λάμιος ὁ ἄρχων, Δα-
μόξενος Βούττιοι.

De aetate cf. adn. ad n. 357, de Buttiorum civitate ad n. 379.

382 In eadem columna ac n. 379. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 345 n. 9.

Ἐπὶ ἄρχοντος Εὐμήλου ἐν Βο[υττοῖ],
[μη]νὸς Ἱπποδρομίου, ἀπέδοτο [Νικό]-
[στ]ρατος Βούττιος τῶι Ἀσκλαπιῶι τῶι [ἐν]
[Κρο]υνοῖς σῶμα ἀνδρεῖον, ὧι ὄνο[μα Σω . . ., τὸ]
[γένος] οἰκογενῆ, τειμᾶς ἀργυρίου ΠΜ
[βεβαιω]τὴρ κατὰ τὴν νόμον Δαμόξ[ενος]
Βούττιος. παραμενέτω [δὲ Σω . . . παρὰ]
Νικόστρατον ἇς κα ζῆ Νικόσ[τρατος, ποέων]
τὸ ποτιτασσόμενον. εἰ [δέ τί κα πάθη]
Νικόστρατος, τόκα ἁ ὠνὰ [κυρία ἔστω καὶ]
ὁ βεβαιωτὴρ βεβαιούτω.
εἰ δέ τι μὴ πειθαρχέοι Σω . . . .,
[ἐπιτι]μέων Νικόστρα[τος τρόπωι ὧι κα]
θέλη κύριος ἔστω. μάρ[τυροι]·
Τίμαιος, Μικκάδας, Ἀρίστων,
Εὐριπίδας, Φίλων, Λυκίσκος,
Ἀλεξιάδας, Πετραῖος.
τὰν ὠνὰν φυλάσσοντι οἱ ἄρχον[τες]
Εὔμηλος, Ἀμύνανδρος
Βούττιοι.

Cf. adn. ad n. 357. 379.

383 In eadem columna ac n. 379. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 345 n. 10.

Γραμματεύοντος θεαροῖς ἐν Ναυπάκτωι
Φίλωνος τοῦ Σωσία, μηνὸς Ἀγυείου, Θράσων
Εὐξενίδα Βούττιος ἀπέδοτο ἐπ' ἐλευθε-
ρίαι τοῖ Ἀσκλαπιῶι τοῖ ἐν Κρουνοῖς σῶμα ἀν-
δρεῖον ὧι ὄνομα Εὐβουλίδας, τὸ γένος Σύρον,
τιμᾶς ἀργυρίου ΜΜΜΜ. προαποδότας κατὰ τὸν
νόμον Λάμιος Εὐξενίδα Βούττιος. μάρτυροι·
Δαμόξενος, Φίλων, Ἀντίοχος, Σκορπίων,
Λεοντομένης, Καλλιάδας, Λάμιος Λεοντο-
μένεος, Κ[λε]όνικος, Λέων, Ζωπυρίων, Γάστ-
ρων, Λάμιος Εὐξενίδα Βούττιοι, Ἀμύνανδρος
Τεισάνδρου Ναυπάκτιος. τὰν ὠνὰν φυλάσ-
σοντι οἱ ἄρχοντες τῶν Βουττίων Ἀγριά-
δας, Ἀλεξίδαμος.

Cf. adn. ad n. 357. 379. Vs. 10 Κασόνικος Woodhouse, quod nomen nihili lenissima mutatione (ΛΕ pro ΑΣ) sustuli.

384 In lapide longo, qui sine dubio postis vicibus fungebatur in templo illo, de quo dixi ad n. 379. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 346 n. 11.

[Γραμματε]ύοντος θεαροῖς Φίλωνος τοῦ Σωσία,
μηνὸς Διονυσίου, ἀπέδοτο Νικιάδας Ν[ι]κο-
[πολ]έμου Πώριος κορ[ί]διον οἶ ὄνομα Ἱστια[ῖ]ς τοῖ
Ἀσκλαπιοῖ τοῖ ἐν Κρουνοῖς, τιμᾶς ἀργυρίου
ΜΜΜ. βεβαιωτῆρες κατέσταςε κατὰ τὸν νόμο-
ν Λέωνα, Ἀρχέλαον Πωρίο[υ]ς. τὰν ὠνὰν φυλάσσο-
ντι οἱ ἄρχοντες. μάρτυροι· Φιλλίδας, Ἀρχέλαος,
Φλῶρος, Θρασύλαος, Τελέσταρχος, Ξένων,
Παγκράτης Πώριοι.

Cf. adn. ad n. 357. 379. Vs. 2. 3 Νικο δέμου Woodhouse, sed quum Δ pro Λ lectum esse multo probabilius sit quam Ε pro Α, lacunam vero initio versus statuere propter vs. 1 nihil habeat difficultatis, Νικο|[πολ]έμου reponere malui. Vs. 3 in. κορύδιον Woodhouse, quod emendavi. Vs. 3 sub fine Ἱστιαίης, vs. 6 Πωρίοις Woodhouse; utrumque emendavi. Contra noli in dubium vocare scripturam βεβαιωτῆρες, qui est accusativus per illas regiones usitatissimus. Vs. 8 nomen Φλῶρος mirum, siquidem neque ullum usquam nomen Romanum est in his omnibus titulis, et cognomen sic nude positum omnium minime in illud antiquissimum Romanorum cum Graecis commercii tempus quadrat. Quare nata est suspicio, Φλῶρος Graeci nominis Χλῶρος formam illius regionis sermoni propriam esse; qui sic iudicet, certe nihil statuat nisi quod exemplorum plane geminorum similitudine defendatur.

385 Infra n. 384 in eodem lapide. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 346 n. 12.

Γραμματεύοντος θεαροῖς ἐν Ναυπά-
κτωι Ἀριστοκράτεος τοῦ Παρμενίδα,
μηνὸς Ἀθαναίου, ἐπὶ δὲ ἀρχόντων ἐν
Βουττοῖ Ἀλεξιάδα, Τιμαίου, ἀπέδοντο
Ἀνδρὼ Ἀριστάρχου, Ἀνδρὼ Οἰκά[δ]α, Φυλλα-
ῖαι, σῶμα ἀνδρεῖον, ὧι ὄνομα Κόσμος, τὸ γέ-
νος Θρᾶικα, τοῖ Ἀσκλαπιοῖ τοῖ ἐν Κρουνοῖς,
ἀργυρίου μνᾶν τριῶν, ἐπ' ἐλευθερίαι. βε-
βαιωτῆρες κατὰ τὸν νόμον Σάτυρος Ἀρι-
στοβούλου, Ἀντίοχος, Φυλλαῖοι. μάρτυροι·
Τείσων, Ἀρώπων, Θασύλας, Ἀριστόβουλος,
Ἀρκίσιος, Νείκαρχος, Παυσανίας Φυλλαῖοι,
Ἀλεξιάδας Βούττιος, Λέων ὁ ἄρχων. τὰν
ὠνὰν φυλάσσοντι Ἀλεξιάδας Βούττιος,
Ἀρίστων Φυλλαῖος.

Cf. adn. ad n. 357. 379. Ex nominibus testium dubitationem movet Ἀρώπων; nam si id Eretriensium et Oropiorum, qui proxime Asopum habitabant, rhotacismo ex Ἀσώπων natum dicas, per se non absurde iudices, sed quomodo in illum Locridis vel Aetoliae angulum pervenerit eiusmodi nomen haud facile assequaris. Pro Θασύλας nescio an Θ(ρ)ασύλας legendum sit.

386. 387 Angulus superior basis quadratae, cuius duae planicies contingentes inscriptiones habebant, ex quibus alterius (n. 386) perpaucae litterae exstant. In eiusdem templi ruderibus ac n. 379—385. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 347 n. 13.

(386)	(387)
Ναυ	ἐπιτασ[σόμενον· προαποδότας κατὰ]
υλας	τὸν νόμ[ον· ..... μάρ]-
σθεν	τυρσι· Αμ....., ..., ...
	λων, Ἐλαφ[........ Ναυ]-
	πάκτιοι. τὰν [ὠνὰν φυλάσσοντι Βουτ]-
	τίων Λεοντομέν[ης, ...],
	Δαμέας· ἐν δὲ Ναυπ[άκτωι Λύ]-
	κος Νικοδάμου θεο[κόλος Ἀσκλαπιοῦ].

Tituli n. 386 primus versus Naupacti urbis aut hominis Naupactii mentionem habebat, reliquorum duorum reliquiae obscurae sunt. Titulum n. 387 restitui quantum licebat, qua in re duorum postremorum versuum supplementa ex n. 361, 5 repetita sunt.

---

388 Naupacti ad portam. Ed. Cyriacus p. VIII n. 61 (Boeckh C. I. G. 1758; Lebas *Inscr.* II, 1025; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 252 n. 5; idem ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 26 n. 1428). Lollingius frustra quaesivit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑΔΕΑΡΟΥΚΑΠΠ

Ἐπὶ Στασία [θ]εαροῦ [Ν]α[υ]π[ακτίων ....].

---

389 Tabula lapidis calcarii leucophaei, l. 0,50, c. 0,17, fracta a superiore et ab inferiore parte; titulus quindecim versuum ita evanidus, ut praeter nonnullas trium priorum versuum litteras nihil legatur. Naupacti ante introitum septentrionalem ecclesiae S. Demetrii. Exscripsit Lolling.

ΙΕΡΟΝΝ /// /// /// /// /// /
ΟΣΔ /// ///Ο ///////////////////////
F //

Ἱερὸν [Δάματρ]ος (?) ὁ[μα]ο[σιον ....

---

390 Naupacti in vestibulo templi Turcici exscripsit Leake et edidit *Travels in Northern Greece* II tab. XXIII n. 104 (Lebas *Inscr.* II, 1029; G. Kaibel Epigr. Graec. 1071; E. Cougny Anth. Pal. III p. 317 n. 159). Duorum adhuc delubrorum Turcicorum parietinas exstare, sed in utroque se hunc lapidem frustra quaesivisse testatur Lolling.

ΔΟΥΤΡΟΝΜΕΝ.Ρ
ΝΟΣΧΕΩΝΥΜΦΑΙ
ΟΝΗΤΟΙΣΙΔΥΓΕΙΗΝ
ΦΩΣΧΑΡΙΝΗΣΛ
ΔΡΕΑΣΘΗΚΕΥΝΟ
ΗΣΙΘΥΝΤΗΡΜΕ

[Λ]ουτρὸν μὲν [π]ρ|οχέω Νύμφαι[ς], | [θ]νητοῖσι δ' ὑγείην,
[ὧν] χάριν [ἐκτε]λ|[έσ]ας θῆκ' Εὔνο|[μο]ς ἰθυντήρ με.

Kaibelius supplevit, monens primum versum fere eundem recurrere in Anthologia Palatina IX, 684:

Νύμφαις μὲν προχέω λουτρόν, θνητοῖσι δ' ὑγείην·
θῆκε δέ με Πτερέλας υἱὸς Ἐνυαλίου.

Cui epigrammati cum ascriptum sit *εἰς τὴν ἐν Τάφῳ τῇ νήσῳ κρήνην*, imitationem tituli in vicina insula positi apud Naupactios facillimam habere explicationem. Quod si alterius versus emendationem nondum perfectam iudicat idem, nihil in eius restitutione displicet nisi *ἰθυντήρ* absolute usurpatum; quare pro *ἐκτελέσας*, quo careri utique potest, putaverim genetivum primae declinationis scriptum fuisse, sed ut aptum vocabulum invenirem mihi non contigit.

---

391 Lapis fuscus non laevigatus inventus inter rudera arcis, sitae prope vicum *Soulé*, duarum horarum intervallo orientem versus a Naupacto. Lapis per multos annos pavimento areae immissus erat ideoque magnopere detritus est; nunc exstat in demarchia. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 348 n. 14.

ΦΕΙΔΩΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ

Φείδων | Ἀφροδίτᾳ.

De Veneris apud Naupactios cultu cf. Paus. X, 38, 12.

---

392 Naupacti in monasterio S. Demetrii *Kravari*. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* II tab. XXIII n. 103 (Lebas *Inscr.* II, 1027).

ΣΩΣΙ
ΑΣ
ΜΝΑΜΑ

Σωσί|ας | μνᾶμα. Genetivum masculini nominis Σωσίας esse putaverim, qui in antiquis illarum regionum titulis nonnunquam in -ας pro -α cadit (v. ad n. 521).

393 Lapis arenaceus leucophaeus; litterae neglegenter incisae et inaequales. Prope sepulcra nonnulla, quae sunt infra parietinas vici *Belbina*, duarum horarum intervallo a Naupacto occidentem versus. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 348 n. 15.

Δ
ΔΡΑΙΚΩ
ΝΙΚΟΛΑΟΥ

Δραικὼ | Νικολάου. Mulieris nomen num recte lectum sit, valde dubito.

394 Naupacti. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1026. Lollingius frustra quaesivit.

ΠΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙ

[Ἐ]π' Ἀριστοκλεῖ.

---

395 Naupacti. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1028. Lollingius frustra quaesivit.

Π Ο
Η Κ
ΛΥΚ
ΘΩΓ
ΛΘ

Argumentum tituli obscurum; versus 5 reliquiae probabile reddunt, titulum sepulcralem fuisse, in quo defunctorum nominibus aetatis anni adderentur. Vs. 3 aut Λύκ[ος] aut nomen nescio quod inde derivatum fuit. Quod genus nominis Naupacti et in Aetolia perfrequens fuisse tituli docent.

PARS QVARTA.

INSCRIPTIONES AETOLIAE.

I.

CALYDON.

396 Lapis inventus inter rudera Calydonis anno 1846, delatus in oppidum *Mesolongi*, ubi Cousinus vidit '*chez l'agent du Panhellénion*'. Edd. W. Henzen ex Papadopuli apographo *Bullettino dell' Instituto arch. Rom.* 1849 p. 105 (Lebas *Inscr.* II, 1031; W. Dittenberger Sylloge Inscr. Graec. 258; A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 23 n. 1418); accuratius G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 183 n. 1, cuius apographum exprimimus.

Α Ι Τ Ω Λ Ω Ν Λ Α Δ Α
Ν Α Ρ Ε . Α Σ Ε Ν Ε Κ Ε Ν Κ Α Ι Ε Υ L
Ξ Τ Ρ Α Τ Ε Υ Σ Α Μ Ε Ν Ο Ν Τ Ε Ι Ι
Ο Υ Κ Ο Ρ Ν Η Λ Ι Ο Υ Σ Υ Λ Λ Α Κ Α Ι Σ
Ν Δ Ρ Α Γ Α Θ Ι Α *vacat*

[Τὸ κοινὸν τῶν] Αἰτωλῶν Λάδα[ν .... | ....]ν ἀρε[τ]ᾶς ἕνεκεν καὶ εὐε[ργεσίας τᾶς | εἰς αὐτό], στρατευσάμενον, τει[μαθέντα δόρατι | ὑπὸ Λευκί]ου Κορνηλίου Σύλλα καὶ σ[τρατιωτικοῖς | δώροις ἐπ' ἀ]νδραγαθίᾳ.

In supplendo titulo Cousinum sequor, qui monuit hoc monumento confirmari, quae Appianus de militibus ex Aetolia ad bellum Mithridaticum coactis narraret Mithr. 30: Σύλλας δ' ὁ τοῦ Μιθριδατείου πολέμου στρατηγὸς ὑπὸ Ῥωμαίων αἱρεθεὶς εἶναι, τότε πρῶτον ἐξ Ἰταλίας σὺν τέλεσι πέντε καὶ σπείραις τισὶ καὶ ἴλαις ἐς τὴν Ἑλλάδα περαιωθεὶς χρήματα μὲν αὐτίκα καὶ συμμάχους καὶ ἀγορὰν ἔκ τε Αἰτωλίας καὶ Θεσσαλίας συνέλεγεν. Quod vs. 3 fin. pro δόρατι etiam πολιτείᾳ restitui posse dicit Cousin, id mihi improbabile videtur, nam si civitate Romana donatus fuisset Ladas, vix praenomen et nomen gentile Aetolos in titulo honorario omissuros fuisse existimaverim. Aetolorum foedus hic commemorari Cousino mirum visum est propter Pausaniae VII, 16, 9 testimonium de omnibus gentium Graecarum consiliis anno 146 a. Chr. a Romanis sublatis; quare Aetolis a Sulla demum permissum esse, ut antiquum foedus instaurarent, sibi persuasit, sed mirum in modum fugit eum, post ipsa verba allata scriptorem statim sic pergere § 10: ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ἐτράποντο ἐς ἔλεον Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδριά τε κατὰ ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις κτλ. Hoc multis annis ante Sullam factum esse sponte patet.

397 Prope ecclesiolam S. Ioannis sitam inter rudera Calydonis. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. III Tom. I (1864) p. 370 n. 13 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 28 n. 1428*b*); plenius et accuratius G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 185 n. 2.

Κ Α Λ^Υ Δ Ω Ν Ι Ω Ν Δ Α Μ Α Ρ Χ Ο Ν
Ω Ν Ο Σ Κ Α Λ Υ Δ Ω Ν Ι Ο Ν Τ Ο Ν
Α Σ Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ν

[Ἁ πόλις ἁ] Καλυδωνίων Δάμαρχον | ......ωνος Καλυδώνιον, τὸν | [αὑτ]ᾶς εὐεργέταν.

Titulus primi aut secundi a. Chr. n. saeculi esse videtur.

---

398 Stela sepulcralis, inventa in vinea prope *Kurtaga* haud procul a parietinis Calydonis antiquae et translata in vicum *Bokhori* (Μποχώρι). Ed. Leake *Travels in Northern Greece* I p. 112 not. 1 tab. I n. 1 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1796*c*; Lebas *Inscr.* II, 1032; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 259 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 24 n. 1419).

Φ Ι Λ Ο Υ Μ Ε Ν Α
Α Ν Τ Ι Μ Α Χ Ο Σ

Φιλουμένα, | Αντίμαχος.

II.

ARSINOË ET VICINIA.

399 Lapis inventus in planicie sita ad radices septentrionales montis supra vicum *Angelókastro*, cuius cacumen nunc sustinet turrim Byzantinorum aetate exstructam inter rudera veteris Arsinoënsium arcis. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 351 n. 23.

Α ꟼ Ƨ Ι И Ο Ǝ Ω И

Ἀρσινοέων.

---

400. 401 Lapis leucophaeus non laevigatus, latus fere 0,37, cuius in fronte versibus inaequalitates lapidis sequentibus incisus est titulus. Dextra pars paullo maiores litteras habet, ita ut versus non per totam lapidis latitudinem continuari, sed illam partem separatim legendam esse appareat. Videtur lapis olim ad murum periboli fani alicuius, Herculis sine dubio, pertinuisse. Inventus est in loco *Kakavariá* sito inter arcem Arsinoës (*Angelókastro*) et fluvium Cyathum. Ex Obergii apographo ed. Lolling *Mitth. des arch. Inst. in Athen* VIII (1883) p. 340.

(400)	(401)
ΤΤΟΥΤΡΙΧΟΝΙΟΥΤΟΒΜ	ιιΜ/
ΙϹΑΡϹΙΝΟΙϹΤΟΙΗΡΑΚΛΕΙ	ιιΑΙ
‹ΕΙΟΝΑΙΟΝΟΜΑϹΩΤΩΤ	ΑΡϹ.. Ν
1///ΝϹΩΤΩΤΙΜΑϹΑΡΓΥΡΙ	ΑΡΧΕΛ
ΝΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΚΥ	
ΟΙΜΑΡΤΥΡΟΙΑΡΙϹΤΑΡΧΟ	ΘΡΑϹΥΜ
ΑΛΕΞΩΝϹΤΡΑΤΑΓΟΥΑ	ΝΗϹΛΕΩ
ΝΙΚΟΒΟΥΛΟϹΠΟΛΕΜΩΝΟϹ	
ΟΥΔΕΙΝΩΝΑΡΙϹΤΩΝΥΜΟΥ	ΤΙΜΑΡΧΟϹ/
ΙΜΙΟΥΑΡϹΙΝΟΕΙϹΑΛΕΞΟΜΕΝΟϹ	///ΡΑΝ
ΑΛΕΞΟΜΕ\\////ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ	ΟΙϹ.
ΤΑΓΟΥΑΡϹΙΝΟΕΙϹΑΛΕΞΟΜΕΝΟϹ	

400 [Στραταγέοντος τῶν Αἰτωλῶν ....]ττου Τριχονίου τὸ β', μ[η]νὸς ....., ἀπέδοτο .....]ις Ἀρσινοῖς τοῖ Ἡρακλεῖ | [........ σῶμα γυναι]κεῖον ᾇ ὄνομα Σωτώ, τ[ὸ γένος ....., ἐφ' ᾧτε ἐλευθέραν εἶ]μ[ε]ν Σωτώ, τιμᾶς ἀργυρί|[ου μνᾶν .... βεβαιοῦτι]ν κατὰ τὸν νόμον Κυ|[δ... ...., ... Τριχόνι]οι. μάρτυροι· Ἀρίσταρχο[ς | ...., ...], Ἀλέξων Στρατάγου, Α|........., ..., Νικόβουλος Πολέμωνος, | [..............., ...]ου, Δείνων Ἀριστωνύμου, | [..... ......, ... Σ]ιμίου Ἀρσινοεῖς, Ἀλεξομενὸς [........, ...], Ἀλεξομεν[ὸς] Ἀλεξάνδρου, | ....,.., ... Στρα]τάγου Ἀρσινοεῖς, Ἀλεξομενὸς | ....

Supplementa Lollingii sunt, nisi quod is vs. 5 [βεβαιωτῆρες ἦσα]ν reponere maluit. At verbum substantivum addi in hac formula non solet, quum verbum pro nomine usurpatum etiam in duobus titulis Naupactiis legatur, n. 361, 1: βεβαιοῖ κατὰ τὸν νόμον, n. 362, 1: προπωλεῖ κατὰ τὸν νόμον ὁ δεῖνα.

Tituli n. 401, qui eiusdem generis fuisse videtur, pauca modo verba leguntur: Vs. 1 [τ]ιμᾶ[ς ἀργυρίου ....]; vs. 3 Ἀρσ[ι]ν[οεύς]; vs. 4 Ἀρχέλ[αος]; vs. 6 Θρασύμ[αχος]; vs. 7 ....|ιης Λεω.....; vs. 9 Τίμαρχος. Vs. 10 Lollingius [ἀγ|ο]ραν[όμος] restituit, sed nescio an nominis proprii potius reliquiae sint.

Hae manumissiones propter litteraturam non antiqui Aetolorum foederis tempore exaratae videntur, sed postquam id Romanorum permissu restitutum est (cf. adn. ad n. 396), saeculo a. Chr. n. secundo ad finem vergente aut etiam recentiore aetate.

---

402 Lapis inventus in planicie sita ad radices septentrionales arcis Arsinoënsium. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 351 n. 22.

Λ Υ Σ Α И Ι Α

Λυσανία.

---

403 Columna sepulcralis, *Angelókastro*. Ed. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 368 n. 6 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428*f*).

ΜΟΚΡΑΤΕΙΑ
ΡΥΚΛΕΙΔΑ

Δ Α Μ Ι Π Π Α Σ

[Δα]μοκράτεια | [Εὐ]ρυκλείδα.
Δαμίππας.

Nomina supplevit Fickius, qui vs. 1 [Ἑρ]μοκράτεια scripsit, sed etiam [Δα]μοκράτεια legi posse adnotavit. Hoc praetuli, quia nomina ab Ἑρμο- incipientia in Aetolorum, Locrorum, Phocensium titulis paene inaudita sunt (Ἑρμόξενος Ἐλατεύς n. 121, 3 unum est exemplum), quum illis quorum prior pars est δᾶμος vocabulum, per omnes eas regiones nihil sit frequentius. Ipsum Δαμοκράτεια habes infra n. 422, 4.

---

404 Columna sepulcralis inserta pavimento ecclesiae in vico *Hagios Ilias.* Ed. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I p. 370 n. 12 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 28 n. 1428*k*).

Ε Υ Θ Υ Δ Α Μ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Εὐθύδαμε | χαῖρε.

Meridiem et occidentem versus ab antiquo Arsinoënsium oppido inter Acheloum fluvium et montes ad eius ripam sinistram pertinentes, via angusta ex interiore Aetoliae planicie in eum qui mari adiacet campum fert; in huius viae exitu meridionali, ubi montes a flumine recedunt, vicus *Hagios Ilias* et iuxta eum ab occidentali parte in colle oppidulum antiquum natura et opere munitissimum est; quem locum Ithoriam a Polybio commemoratam (IV, 64, 9) esse opinantur Bazinus p. 340 et Eugenius Oberhummer *Akarnanien* p. 34, quum Bursianus (Mus. Rhen. XVI p. 440; *Geogr. von Griechenland* I p. 120) eam in contraria Acheloi ripa Acarnanica in loco *Palaeomanina* quaerat. Mihi Bazini iudicium magis probatur. Sed utique non recte ille civitatem foederis Aetolici Ithoriam fuisse sumit, cum Polybius manifesto de castello potius dicat (§ 9 τοῦτο δ' ἐστὶ χωρίον; § 10 ἐξέλιπον τὸν τόπον; § 11 παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πύργους τοὺς κατὰ τὴν χώραν ἐπέταξε τοῖς προνομεύουσι καταφέρειν), et nemo unquam apud scriptores aut in titulis civis Ithoriensis commemoretur. In cuius populi agro hoc castellum fuerit, non constat, sed proxima ex notis Aetolorum civitatibus est Arsinoë, quare hic potissimum titulum collocandum existimavi.

III.
TRICHONIVM ET VICINIA.

405 Columna sepulcralis immissa pavimento ecclesiae in vico *Mataranga.* Ed. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 368 n. 7 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428*g*).

Χ Ι Δ Α .
Χ Ρ Ι Ω Ν Ο .

[Μοσ]χίδα[ς | Αἰσ]χρίωνο[ς].

Orientem versus ab antiquo Arsinoënsium oppido (*Angelókastro*) in meridionali lacus Trichonidis parte duobus locis exstant antiquarum urbium parietinae, prope vicum *Papadhátaes*, ubi inventus est lapis n. 406 et sine dubio etiam n. 405 inde in vicinum vicum *Mataranga* delatus, et magis orientem versus prope vicum *Gavalóu*, ubi exstant tituli n. 407—410. Ex his duobus oppidis alterutrum Trichonium fuisse, a quo lacus nomen acceperit, inter omnes constat. Sed quum Bursianus (*Geogr. von Griechenland* I p. 136) et Bazinus (p. 321) Trichonio orientalem locum prope *Gavalóu* assignent, illud magis ad occidentem situm oppidum prope *Papadhátaes* vero Lysimachiam esse velint, Lollingius (I. v. Müller *Handbuch der klassischen Alterthumswissenschaft* III p. 139) hic potius Trichonium, illo altero loco vero Phytaeum situm fuisse existimat. Quod mihi propterea minus probatur, quia Bazinus recte monet, id quod a Strabone X, 2, 22 referatur, Lysimachiam medium locum tenere inter Pleurona et Arsinoën, accurate cadere in illas parietinas, quae sint prope *Papadhátaes.* Quod contra palaeocastrum vici *Murstianu*, quo Lollingius Lysimachiam transfert, in proxima vicinia Arsinoës (*Angelókastro*) est et longissime remotum a Pleurone.

Titulum n. 405 quum Bazinus a sinistra integrum esse opinatus esset, Fickius supplevit, a quo alterum nomen mutuatus sum; prius ille [Μα]-χίδας esse sumpsit, quod mihi propter litterarum vs. 2 deficientium numerum minus probatur.

---

406 Titulus lectu perdifficilis, rudibus litteris incisus in stela non laevigata, in vico *Papadhátaes.* Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 351 n. 24.

ϕ Α Λ Α Κ Ρ Ο Υ

Φαλάκρου.
Cf. adn. ad n. 405.

---

407 Apud Demetrium Paparoni in vico *Gavalóu.* Edd. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 189 n. 6; W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 352 n. 26.

Τ Ρ Ω Ι Α Σ
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε

Τρῳὰς | ἀνέθηκε.
Cf. adn. ad n. 405.

---

408 Stela lapidis leucophaei, in arce antiqua prope vicum *Gavalóu.* Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 352 n. 27.

Α Λ Ε Ξ Ι Α Σ

Ἀλεξίας.
Cf. adn. ad n. 405.

---

409 In ecclesia diruta sita in campo prope vicum *Gavalóu.* Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 189 n. 8.

Χ Α Ρ Ι . Ε Ν Ο Υ

Χαρι[ξ]ένου.
Cf. adn. ad n. 405.

---

410 Lapis durus candidus venis distinctus; litterae eleganter incisae. In vineis ad radices orientales collis siti prope vicum *Gavalóu*, qui arcem antiquam sustinebat. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 352 n. 28.

Ω ϕ Ε Λ Ι Ω Ν Ο Σ
Α Ν Θ Ι Π Π Α Σ

Ὠφελίωνος. | Ἀνθίππας.
Cf. adn. ad n. 405.

IV.
THERMVM ET VICINIA.

411 Lapis inaedificatus in pariete apsidis ecclesiae S. Nicolai in vico *Mokista.* Litterae admodum detritae. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 187 n. 4.

Σ Τ Ρ Α Τ Α Γ Ε Ο Ν Τ Ο Σ Τ Ω Ν Α Ι Τ Ω Λ Ω Ν Φ . Λ Λ Ι Ο .
Τ Ο Υ Π Α Ν Τ Α Λ Ε Ω Ν Ο Σ . . . . Ι ᴖ Ι Ι Ι Ο Υ . Α Ν Α Ι Τ Ω Λ Ι
. ᴖ . . Ε Δ Ο Ξ Ε Τ Ο Ι Σ Α Ι Τ Ω Λ Ο Ι Σ . . . . Ρ Α Τ Ε
Ο Σ Μ . . . Ο . . . . Ο Ι Ν Ο Ν
Τ Ω Ν . Ι Ω . . . . Ν . . . .
Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ι . . Τ Ο Υ . . Ο . . . .
. Ε Α Μ Ο . . . .

Στραταγέοντος τῶν Αἰτωλῶν Φ[ί]λλιο[ς] | τοῦ Πανταλέωνος [Πλευρ]ω-[ν]ίου, [Π]αναιτωλι|[κ]ο[ῖς], ἔδοξε τοῖς Αἰτωλοῖς, [........κ]ράτε|ος Μ...ο.................... τὸ κ]οινὸν | τῶν [Α]ἰ[τ]ω[λῶν ....] | προξενί[αν] τοῦ [κ]ο[ινοῦ τῶν Αἰτωλῶν ....| .]εαμο......

Supra ipsam oram orientalem lacus Trichonidis in loco, qui nunc vocatur *Palaeobázaro*, ubi inventi sunt tituli n. 412. 415. 416, situm fuisse Thermum demonstravit Bursian *Geogr. von Griechenland* I p. 136 refutata Leakii, Kieperti, Bazini sententia, qui Philippum Demetrii f. illo in septentrionali lacus littore iter (Polyb. V, 7 sqq.) fecisse sumpserunt. Immo eum meridionalem lacus oram secutum esse cum aliis de causis tum propter verba c. 7, 2 τὴν μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐπιφάνειαν τῆς πορείας ἠσφαλίσαθ' ἡ λίμνη σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια omnium certissimum est. Neque recte Cousinus ethnici reliquiis n. 416, 1 exstantibus Bursiani sententiam refelli existimavit. Quid enim est, cur hoc ethnicum ad ipsius loci incolas potissimum referamus, cum ab alia nescio qua civitate Thermi, id est in sanctissimo et celeberrimo Aetoliae loco, statuam dedicari nullo modo improbabile sit? Quid quod certissimum eius rei exemplum, monumentum n. 415 ab Opuntiis dedicatum exstat? Neque omnino Thermum civitatem fuisse, sed locum consecratum qualis erat Olympia, recte statuit Lollingius; id enim cum ex Polybii descriptione apparet, tum inde iure meritoque colligitur, quod inter homines Aetolos, qui aut apud rerum gestarum scriptores aut in titulis commemorantur, ut multi sunt Calydonii, Pleuronii, Trichonienses, Arsinoënses, Naupactii, Stratii, ita ne unus quidem usquam comparet Thermius origine. Quin igitur tituli supra enumerati monumentorum Thermi erectorum sint, nulla ex parte dubium est. Duo lapides in ecclesia vici vicini *Mokista* inaedificati (n. 411. 413. 414) nescio an indidem delati sint; sed fieri potest, ut antiquitus in delubro vici cuiuspiam iuxta Thermum siti fuerint.

Praetoris Aetolorum nomen n. 411, 2, quin recte suppleverim, eo minus dubium est, quia certe patronymicum Φιλλίδας in Aetolia non inauditum fuisse testatur Polyb. IV, 77, 6. Quare non video cur Cousinus Φ[ύ]λ[ακ]ο[ς] emendare maluerit. Pater huius praetoris videtur fuisse Pantaleo Pleuronius, qui eodem summo magistratu ter functus est, primum Ol. 148, 3 (a. 186 a. Chr.), tertium Ol. 151, 3 (a. 174 a. Chr.). Secunda praetura aut in Ol. 149, 2 (a. 183 a. Chr.) aut in Ol. 150, 1 (a. 180 a. Chr.) incidit, quia reliquorum qui interiecti sunt annorum magistratus noti sunt. Filii praeturam igitur intra annorum fere 160—146 a. Chr. spatium contineri probabile est. Ceterum tabulam hospitii publici a communi Aetolorum cuipiam decreti hic haberi apparet, etsi totus instrumenti tenor in integrum restitui nequit.

---

412 Tabula magna, Thermi (*Palaeobázaro*). Ed. Lolling *Mitth. des arch. Inst. in Athen* IV (1879) p. 221 n. V (W. Dittenberger Sylloge Inscr. Graec. 441). Cf. Lollingii adnotationem *Mitth. des arch. Inst. in Athen* VIII (1883) p. 341 not. 1.

ΠΟΛΥΦΙΩΝ ΛΥΚΟΥΑ/// /// ΣΑΝΤΗΝΙΔΙΑΝΘΡΕΠΤ//////
/// /. /// ΕΥΘΗ//// ΩΣΕΝΥΠ /// ΔΙΑΓΗΝΗΛΙΟΝΜΗΔΕ
// /// ΔΕΝΠΡΟΣΗΚΟΥΣΑΝΚΑΤΑΤΟΥΣΑΙΤΩΛΩ ///
ΝΟΜΟΥΣΙΣΟΤΕΛΗΚΑΙΕΝΤΕΙΜΟΝ

Πολύφ[ρ]ων Λύκου Α[ἴνη]σαν τὴν ἰδίαν θρεπτ[ὴν | ἀπηλ]ευθέ[ρ]ωσεν ὑπ[ὸ] Δία Γῆν Ἥλιον μηδε[νὶ | μη]δὲν προσήκουσαν κατὰ τοὺς Αἰτωλῶ[ν] | νόμους ἰσοτελῆ καὶ ἔντειμον.

Nomen mulieris manu missae ex titulis ap. Wescher-Foucart *Inscr. de Delphes* 119 et ap. Rangabé *Ant. Hell.* 945 supplevit Lolling.

Supra hunc titulum in eadem tabulae planicie Lollingius litteras I I OYAI et infra has complurium versuum titulum lectu difficillimum, in quo versus primi exitus ΜΑΡΚΟΥΝΙΓΕΡΙ agnoscebatur, exaratum fuisse testatur.

---

413. 414 Lapis inaedificatus in exteriore muro ecclesiae S. Nicolai, quae est in vico *Mokista*. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. III Tom. I (1864) p. 368 n. 8 (Weil *Zeitschr. für Numismatik* VII (1880) p. 125; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 n. 246, 2; A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428 *h*); accuratius G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 188 n. 5; W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 353 n. 30.

(413)
ΑΡΤΕΜΙΤΟΣΑΓΕΜΟΝΟΣ

(414)
ΑΡΤΕΜΙΤΟΣΑ

Var. lect. Tituli sinistri quattuor postremas litteras non iam legit Woodhouse. Vice versa extrema littera Α eius quae a dextra est inscriptionis apud Woodhousium est, apud Cousinum non item.

413 Ἀρτέμιτος Ἁγεμόνος. 414 Ἀρτέμιτος Ἁ[γεμόνος].

Cognomen deae etiam in aliis Graeciae regionibus haudquaquam infrequens (cf. Usener *Götternamen* p. 134 not. 28).

---

415 Basis magna lapidis calcarii supra margine simplici ornata, integra praeter exiguam partem fractam in angulo sinistro inferiore. Litterae non profunde quidem, sed accurate incisae, vehementer detritae. In parietinis, quae vocantur *Palaeobázaro*, prope locum *Kephalóvrysis*, ubi fuisse videtur Thermum. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 352 n. 29.

ΑΠΟΛΙΣΤΩΝΟΠΟϒΝΤΙΩΝΚΑΙΟΙΛΟΚΡΟΙ
ΟΙΜΕΟΠΟϒΝΤΙΩΝΤΟΝΣΤΡΑΤΑΓΟΝ
ΤΩΝΑΙΤΩΛΩΝΛϒΚΩΠΟΝΠΟΛΕΜΑΡ
ΧΟϒΚΑΙΚϒΔΩΝΙΟΝΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΕΝ
ΛΙΕϒΝΟΙΑΣΤΑΣΕΙΣΑϒΤΟϒΣΤΟΙΣ
ΟΙΣΑΝΕΘΗΚΑΝ

Ἁ πόλις τῶν Ὀπουντίων καὶ οἱ Λοκροὶ | οἱ με[τ'] Ὀπουντίων τὸν στραταγὸν | τῶν Αἰτωλῶν Λύκωπον Πολεμάρ|χου Κα[λ]υδώνιον ἀρετᾶς ἕνεκεν | [κ]αὶ εὐνοίας τᾶς εἰς αὐτοὺς τοῖς | [θε]οῖς ἀνέθηκαν.

Vs. 2 init., ubi Woodhousius inepte οἱ μὲ[ν] Ὀπουντίων, supplevi ex n. 271, 4. 272, 2. 275, 1. 276, 1. Versus quarti emendatio, quam ipse Woodhousius dubitans proposuit, omnium certissima est.

Lycopus Aetolus legatus Romam missus est anno 190 a. Chr. (Polyb. XXI, 25, 11) una cum Alexandro, Phaenea, Chalepo Naupactio (n. 357, 1). Quare eius praeturam, ut Chalepi, alicui ex postremis saeculi tertii annis vindicaverim, quia eius temporis, quod interiectum est annis 200 et 170 a. Chr., praetores paene omnes noti sunt. Litteratura sane tituli paullo recentiorem aetatem indicare videtur, sed infra annum 170 a. Chr. descendere nolui, quia eiusmodi legationi provectiores modo homines et in republica diu versatos interfuisse cum per se probabile est, tum reliquorum legatorum nominibus confirmatur.

---

416 Lapis fractus a sinistra; litterae admodum detritae. In loco *Kephalóvrysis*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 186 n. 3.

Ν Ι Ο Ι Σ Τ Ρ Α Τ Α Γ Ε Ο Ν Τ Ο
Ο Υ Π Ο Λ Υ Δ Α Ι Τ Α
. Υ Χ Α Β Ι Ι Μ Α Χ Ε Τ
Ρ Α Τ Ρ Ο Υ

[. . . . . . Καλυδώ]νιοι, στραταγέοντο[ς | τῶν Αἰτωλῶν . . . . τ]οῦ Πολυδαίτα, [ἀρχόντων(?) . . . . το]ῦ Χαβ[ρ]ί[α], Μαχ[ά]τ[α | τοῦ . . . . π]άτρου.

Dedicatio populi cuiusdam Aetolici, quem Calydoniorum potissimum fuisse non plane certum est (v. adn. ad n. 411). Subiungitur ipsi dedicationis formulae primum praetoris Aetolorum nomen, tum nescio quorum aliorum magistratuum. Horum nominum reliquias (vs. 3. 4) num recte interpretatus sim sane dubito, sed nihil video probabilius.

V.

PHISTYVM.

417 Lapis inaedificatus in muro exteriore ecclesiae S. Trinitatis in vico *Kryonero*. Ed. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 369 n. 11 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428*i*).

ΑΓΑΘΑΙ . . . . ΣΕ . . . .
ΤΡΙΧΟΝΕΟΣΜ . . . . ΟΝΔΕΕΠΙΠΟΛΙΟΣΕΝΦΙΣΤΥΟΙ
ΝΙΚΟΛΕΥ.ΝΟΣΝΙΚΙΑ . . . ΞΕΝΩΝΟΣΦΙΣΤΥΩΝΘΕΟΚΟΛΕΥΟΥ
ΣΑΣΑΛΚΗΣΤΙΟΣΑΠΕΔΟΤΟΛΥΚΟΣΛΥΡΙΣΒΟΥΑΡΣΙΝΟΕΥΣ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙΣΥΡΙΑΙΦΙΣΤΥΙΔΙΣΩΜΑΑΝΔΡΗΟΝΟΙΟΝΟΜΑΣΓΑ
ΡΟΣΤΑΓΕΝΟΣΟΙΚΟΓΕΝΗΣΕΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙΤΙΜΑΣΑΡΓ. . .
ΟΥΜΜΜΜΛΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΛΥΚΟΦΡΩΝ
ΑΓΗΤΑΒΟΥΚΑΤΙΕΥΣΜΑΡΤΥΡΟΙΚΡΑΤΙΑΔΑΣΥΒΡΙΛΑΟΣ
ΒΟΥΚΑΤΙΕΙΣΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣΒΟΥΚΑΤΙΕΙΣ
ΛΥΚΩΝΛΑΜΙΟΣΞΕΝΩΝΑΓΗΣΩΝΦΙΣΤΥΟΙΑΛΚΗΣΤΙΣ
ΑΩΝΑΚΕΙΤΑΙΠΑΡΑΞΕΝΩΝΑΦΙΣΤΥΟΝ

Ἀγαθᾷ [τύχᾳ. Στραταγέοντο]ς [τῶν Αἰτωλῶν . . . .] | Τριχονέος, μ[ηνὸς . . . ., ἀρχόντω]ν δὲ ἐπὶ πόλιος ἐν Φιστυοῖ | Νικολέ[ω]νος, Νικιά[δα], Ξένωνος Φιστυῶν, θεοκολευού|σας Ἀλκήστιος, ἀπέδοτο Λύκος Λυ[κ]ίσ[κ]ου Ἀρσινοεὺς | Ἀφροδίτᾳ Συρίᾳ Φιστυΐδι σῶμα ἀνδρῆον, οἷ ὄνομα Σ[π]α[ῖ]|ρος, τ[ὸ] γένος οἰκογεν[ὲ]ς, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τιμᾶς ἀργ[υρί]|ου ΜΜΜΜ[Δ]. Βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον Λυκόφρων | Ἀγήτα Βουκατιεύς. μάρτυροι· Κρατιάδας, Ὑβρίλαος | Βουκατιεῖς, Ἀρίσταρχος, Στρατόλαος Βουκατιεῖς, | Λύκων, Λάμιος, Ξένων, Ἀγήσων Φιστυοί, Ἄλκηστις. | ἁ ὠνὰ κεῖται παρὰ Ξένωνα Φιστυόν.

Titulum saeculo a. Chr. n. altero medio aut ad finem vergente incisum existimaverim, ut non appareat, utrum vs. 1 praetor foederis Aetolici antiqui an a Romanis restituti (v. adn. ad n. 396) commemoretur. Vs. 3 quod legitur θεοκολευούσας singulare est, ut non absurda sit coniectura, Υ perperam additum esse in transscribendo, ut initio eiusdem versus in nomine Νικολέ⟨υ⟩ωνος. Certe vulgarem verbi formam etiam in Aetolia usitatam fuisse docet titulus n. 421, 2, qui simul alterum exemplum huius verbi de mulieribus usurpati habet. Vs. 5. 6 nomen restituit Fickius collato titulo ap. Wescher-Foucart *Inscr. rec. à Delphes* n. 151, 2: Σπαῖρος Ἀκρισίου Ναυπάκτιος.

Eo loco, ubi lapides n. 417. 418 inventi sint, delubrum Veneris, Phistyorum vero oppidum in proxima vicinia, prope vicum hodiernum *Soponikos* situm fuisse adnotavit Lollingius *Mitth. des arch. Inst. in Athen* IV (1879) p. 221.

418 Lapis leucophaeus, iuxta parietem meridionalem sacelli S. Trinitatis prope vicum *Kryonero*, situm in septentrionali ora lacus Trichonidis. Ed. Lolling *Mitth. des arch. Inst. in Athen* IV (1879) p. 221 n. IV (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 24 n. 1420; E. Loewy *Inschr. griech. Bildhauer* p. 195 n. 276).

ΕΠΙΙΑΡΩΦΥΛΑ ////
ΩΝΛΥΚΩΝΟΣΤΟΥ
ΛΥΝΚΟΥ // ΚΟΡΠΙ
ΩΝΟΣΤΟΥΑΓΗΣΩ
ΝΟΣΕΧΕΛΑΟΥΤΟΥΤΙΜ
ΑΙΟΥΦΙΣΤΥΩΝΣΩ⁻
Ω ///ΠΟΛΥΟΥΧΟΥΕΠΟΗΣ

Ἐπὶ ἰαρῶ φυλά[κ]|ων Λύκωνος τοῦ | Λύνκου, [Σ]κορπί|ωνος τοῦ Ἀγή|σω|νος, Ἐχελάου τοῦ Τιμ|αίου Φιστυῶν. Σώτ|ω[ν] Πολυούχου ἐπόησ[ε].

De loco cf. adn. ad n. 417. Vs. 1 *ἰαρωφυλάκων* Lollingius, quod nullam habet satis probabilem vocalis productae explicationem; *ἰαροφυλάκων* errore typothetae aut tacita editoris ipsius emendatione apud Fickium expressum est. Malui duo vocabula distinguere, praesertim cum haud improbabile sit compositum *ἰαροφύλαξ* in locum antiquioris *ἰαρῶ φύλαξ* successisse, perinde ac primo *ἱερὸς κῆρυξ* (Demosth. LIX, 78 ex codice Σ), postea *ἱεροκῆρυξ* dicebant. Vocalis *-ω* in terminatione genetivi ex antiquiore sermone resederat, cuius generis exempla haud rara sunt (cf. n. 447, 8 *παραμῆναι*).

419 Lapis mensae sacrae vicibus fungens in ecclesiola Sanctorum Apostolorum in vico *Soponikos*, sito excelso loco supra septentrionalem Trichonidis lacus ripam ad montem *Viéna*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 353 n. 31.

ΚΑΛΛΙΣΤΙΑΤΟΣ ΑΙΣΣΧΡΙΩΝΟΣ
ΕΤΩΝ ΚΖ ΧΑΙΡΕ
ΣΤΡΑΤΩ ΚΑΛΛΙΣΤΙΑΤΟΥ
ΕΤΩΝ ΝΕ ΧΑΙΡΕ
ΔΙΚΕΟΠΟΛΙΣ
ΛΥΚΙΔΑ ΕΤΩΝ ΚΖ
ΧΑΙΡΕ

Καλλίστ[ρ]ατος Αἰσσχρίωνος | ἐτῶν κζ' χαῖρε.
Στρατὼ Καλλιστ[ρ]άτου | ἐτῶν νε' χαῖρε.
Δικ[αι]όπολις | Λυκίδα ἐτῶν κζ' χαῖρε.

Vs. 1. 3 nomen leviter corruptum emendavi; Woodhousius, quod mireris, Καλλιστίατος recte se habere opinatur.

VI.
THESTIA.

420 Tabula tenuis marmoris albi fracta in tres partes, in oppidulo *Paravóla* sito ad septentrionalem lacus Trichonidis ripam, ubi mons *Viéna* angustum modo transitum inter se et lacum relinquit. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 354 n. 32.

ΕΥΠΟΡΟΣ
ΕΠΙΝΙΚΟΥΑΠ
ΕΛΕΥΘΕΡΟΣ
ΕΤΩΝΝΕ
ΧΑΙΡΕ

Εὔπορος | Ἐπινίκου ἀπ|ελεύθερος | ἐτῶν νε' | χαῖρε.

VII.
APODOTI.

421 Magnus lapis integer, inscriptus litteris grandibus sed neglegenter exaratis, inaedificatus in maceria recentioris aetatis in campo supra ipsas angustias fluvii *Morno*, quae sunt prope locum *Velúkhovo*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 350 n. 20.

ΑΓΩΝΙΠΠΑΑΣΤΩ
ΘΕΥΚΟΛΗΣΑΣΑΙ
ΑΡΤΕΜΙΤΙ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Ἀγωνίππα, Ἀττὼ | Θευκολήσασαι | Ἀρτέμιτι | ἀνέθηκαν.

De verbo *θευκολήσασαι* cf. quae adnotavi ad n. 417, 3.

422 Lapis a superiore parte margine prominente ornatus, inscriptus litteris accurate incisis, sed a superiore parte vehementer detritus. Inventus fere a. 1888 inter rudera oppidi antiqui supra angustias (Στενά), per quas *Morno* fluvius fertur prope locum, qui hodie vocatur *Velúkhovo*. Exstat apud Demetrium Kostantello cuius est deversorium (*Khan*) situm ad ipsas angustias. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 349 n. 18.

Ο Ν Ι Κ Α Σ
Ν Α
Κ Α Λ Ο Ν Ι Κ Α Σ
Δ Α Μ Ο Κ Ρ Α Τ Ε Ι Α Σ
Π Α Τ Ρ Ο Κ Λ Ε Ο Σ
Ν Ι Κ Ι Α Δ Α Σ
Α Ρ Ι Σ Τ Ι Ω Ν

Versu 1 integrum nomen ΚΑΛΟΝΙΚΑΣ legi potuisse, quo tempore lapis inventus esset, Woodhousio narravit Kostantello.

[Καλ]ονίκας, | . . . . να, | Καλονίκας, | Δαμοκρατείας, | Πατροκλέος, | Νικιάδας, | Ἀριστίων.

---

423 Lapis integer, litterae eleganter incisae. Tertius versus multo minores litteras habet quam priores duo. In agro ad ripam fluminis *Morno* prope ecclesiam dirutam S. Basilii, sitam fere miliarii Anglici intervallo ab angustiis (*Steno*), per quas flumen prope locum *Velúkhovo* fertur. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 367 n. 2 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 26 n. 1428*b*); W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 350 n. 19.

Δ Ι Κ Α Ι Ο Π Ο Λ Ι Σ
Ν Ι Κ Α Τ Α Σ
Μ Ο Λ Υ Σ Χ Ρ Ι Ο Σ

Δικαιόπολις | Νικάτας | Μολύσχριος.

Versu tertio ethnici, quod est Μολύκρειος, formam insolentiorem haberi editores consentiunt, neque id improbabile iudico, dummodo vs. 2 Νικάτας genetivum paternam originem designantem esse statuatur; de hoc genetivo nominum in -ας cadentium cf. quae adnotavi ad n. 456, 3. 521, 1. Sin vero vs. 1. 2 duos nominativos agnoscere malis, tertium verbum proprium potius tertii hominis nomen habendum erit quam originis significatio.

---

424 Columna sepulcralis, inter rudera oppiduli antiqui siti ad dextrum fluminis *Morno* ripam prope vicum *Koniakos* septentrionem versus a loco, qui vocatur *Velúkhovo* (cf. n. 421—423). Ed. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 368 n. 4 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428*d*).

Τ Ι Μ Ο Λ Α

Τιμόλα.

VIII.

OPHIONEES.

425 Stela lapidis duri candidi venis obscurioribus distincti, ornata supra titulum margine prominente; litterae eleganter incisae. In mola Nikolai Makrijanni, quae est prope confluentes fluviorum *Stylia* et *Phidaris* in ea regione, quam antiquitus incolebant Ophionees. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 348 n. 16.

Κ Ρ Ι Ν Ο Λ Α Ο Υ

Κρινολάου.

---

426 Lapis longus rudi arte elaboratus inventus in palaeocastro sito prope monasterium dirutum S. Demetrii, quod est fere sesquihorae spatio septentrionem versus a vico *Megáli-Lobotiná*. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 367 n. 3 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 26 n. 1428*c*); W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 349 n. 17.

Ν Ι Κ Α Ν Ο Ρ
Γ Α Λ Α Τ Ε Ι Α Σ
Π Ο Λ Ε
Μ Α Ι Ο Υ

Expressi Woodhousii exemplum sine dubio accuratius illo antiquiore, nisi quod Bazinus vs. 1 fin. ΩΡ habet, fortasse rectius.

Νικάν[ω]ρ. | Γαλατείας. | Πολε|μαίου.

Trium hominum sepulcrum, duorum virorum et unius mulieris, quorum in designatione promiscue nominativus et genetivus usurpatur ut n. 327. 338. 403. 422 et alibi per illas regiones.

IX.

EVRYTANES.

427 Lapis situs ad viam iuxta fluvium *Eremitza* prope desertum vicum *Sykiá*. Tituli quinque modo priores versus legi possunt, reliqua evanuerunt. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 368 n. 5 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 27 n. 1428*e*); W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 350 n. 21.

ΤΕΡΜΩΝ
ΕΙΤΕΑΙΩΝ
ΕΟΙΤΑΝΩ
ΔΑΕΣΤΗΙ
ΕΥΛΙΧ[ΟΣΟΣ]

Quae uncis inclusi, Bazinus non habet. Reliquis in rebus apographa consentiunt.

Τέρμων | Εἰτεαίων | Ἐοιτάνω[ν].

Duo Eurytanum populi aut pagi hi esse videntur. Versuum 4 et 5 minoribus litteris exaratorum reliquiae obscurae sunt.

428 Lapis arenaceus fuscus; angulus dexter superior fractus. Titulus rudi arte profunde incisus litteris grandibus. Inventus in fundo V. G. Pharmakis prope vicum *Lepianá*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 355 n. 34.

ΑΝΤΙΚΡΑΤΕΙ
ΑΝΤΙΔΙΚΟΥ

Ἀντικράτει[α] | Ἀντιδίκου.

429 Stela lapidis arenacei leucophaei, eleganter polita, inventa inter parietinas oppidi antiqui prope *Zelianitza*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 355 n. 37.

ΕΥΡΥΝΟΜΗ
ΤΙΜΑΓΟΡΟΥ

Εὐρυνόμη | Τιμαγόρου.

430 Lapis arenaceus leucophaeus, quem possidet Kostas Zakakis in vico *Zelianitza*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 355 n. 35.

ΕΥΤΥΝ
ΑΙΝΙΧΟΥ
ΚΛΕΟΤΑΣ
ΤΕΛΕΜΜΟΥ

Vs. 1 fin. litterarum Ο et Μ vestigia in lapide agnosci testatur Woodhouse.

Εὔτυ[χ]ο[ς] | Αἰνίχου.
Κλεότας | Τελέμμου.

Primum nomen Εὐτύνομος fuisse sibi persuasit Woodhouse. Sed mihi probabilius est Ν pro Χ et Μ pro Σ lectum esse errore satis proclivi. Tertium nomen scrupulum movet; conieceris aut Κλεοίτας aut Κλεώτας exarare voluisse quadratarium.

431 Fragmentum stelae inventum a. 1888, quod possident Chrysaphogeorgaíoi in vico *Zelianitza*. Ed. W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 355 n. 36.

ΤΕΛΕΝΙΚΟΣ
ΑΓΟΡΑΙΟΥ

Τελένικος | Ἀγοραίου.

X.

APERANTI.

432 Titulus in lapide leucophaeo non laevigato rudi arte neglegenter incisus, in area Σερμπανέων in vico *Hagios Vasilios*. Edd. Bazin *Archives des missions* Ser. II Tom. I (1864) p. 367 n. 1 (A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 26 n. 1428*a*); W. I. Woodhouse *Journal of Hellenic studies* XIII (1893) p. 354 n. 33.

ΣΙΜΑ
ΘΕΟΔΟΤΟΣ
ΡΙΑΩΠΑΣ
ΚΡΙΤΟΛΑ
ΟΣ
ΔΡΔΥΜΑ

Σίμα, | Θεόδοτος, | [Φ]ι[λ]ώ[τ]ας, | Κριτόλα|ος, | Δ[ι]δύμα.

Woodhousius vs. 3 Ῥιαώπας, vs. 6 [Ἀ]ρδυμᾶ, quae barbara nomina esse sibi persuasit. Sed in postremo nomine Fickii emendatio omnium certissima est, in tertio mea vix incertior. Nam quod Fickius scripsit [Φα]ι[δ]ώπας, id multo minus convenit cum ductibus litterarum traditis.

XI.

AGRAEI.

433 In valle, quam perfluit *Bjákos* fluvius. Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 62 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 249 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 24 n. 1421).

Α Λ Ε
Ξ Α Ν
Δ Ρ Ε
Χ Α Ι
Ρ Ε

Ἀλέ ξαν|δρε | χαῖ|ρε.

434 Tabula inventa in sepulcro prope vicum *Melissada*. Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 61 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 249 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 24 n. 1423).

Τ Ε Λ Ε Δ
Α Σ

Τελέδ|ας.

PARS QVINTA.

INSCRIPTIONES ACARNANIAE.

I.

OENIADAE.

435 In moenibus Oeniadarum (*Trigardokastro*). Ed. Cyriacus p. V n. 41 (Boeckh C. I. G. 1796; Lebas *Inscr.* II, 1037; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 247 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 17 n. 1407).

Α Ρ Ι Σ Τ Ι Δ Α Σ

Ἀριστίδας.

436 Oeniadis. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1036 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 172 n. 245; A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 17 n. 1408).

Ε Π Ι Τ Ε Λ Ε Ο Σ

Ἐπιτέλεος.

437 Oeniadis. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1035.

Ξ Ε Ν Ι Α Σ

Ξενίας.

438 Lapis immissus arae in ecclesia S. Panteleemonis, quae est in vico *Katochi*. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* III p. 556 not. 3. IV, tab. XXXIV n. 163 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1796*b*; Lebas *Inscr.* II, 1034; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 17 n. 1405).

Φ Ο Ρ Μ Ι Ω Ν
Θ Υ Ι Ω Ν Ο Σ

Φορμίων | Θυίωνος.

II.

ASTACVS.

439 Stela sepulcralis ornata foliis laureis, in valle prope vicum *Dragamesto*, ubi fuisse videtur Astacus. Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 78 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialectinschr.* II p. 16 n. 1402).

Σ Ω Τ Ι Ω Ν Ο Σ

Σωτίωνος.

III.

CORONTA.

440 In vico *Prodromos* in impluvio scholae. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 183.

Ι Σ Ε Π Τ Α Ε Τ Η Μ Ε Κ Α . . . . Κ Λ Α Υ Σ
Η Κ Α Ν Ε Ρ Η Μ Α Ι Η Π Ι Ͱ . . . Ο Ν Υ Π Ο Υ
Ο Σ Α Υ Γ Ε Ν Ε Τ Α Σ . . . . . Π Ι Κ Ρ Ο Τ Ο
Ͻ Ν Υ Θ Ρ Ε Ψ Α Μ Ε Ν Λ . . . . . Ϩ Σ Ε Χ Ε Ι Μ

[Τετράκ]ις ἑπταετῆ με Κά[προν] κλαύσ[αντες ἑταῖροι]
[θ]ῆκαν ἐρημαίη [νεκρ]ὸν ὑπὸ ψ[αμάθῳ]·
– ⏑ ος αὖ γενέτας ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓
[τοῦτ]ό νυ θρεψαμένα [πατρὶ]ς ἔχει μ[ε φίλα].

Etsi tertius versus adeo mutilatus est, ut certa ratione restitui nequeat, tamen totius carminis sententia ea esse videtur, adulescentem quendam cum peregre, fortasse in navigatione, decessisset, in praesentia quidem a sodalibus, qui una iter faciebant, in littore arenoso sepultum esse, sed patrem certiorem factum corpus illinc repetivisse et patriae humo reddidisse.

Coronta Acarnaniae commemorantur a Thucydide II, 102, 1, cuius ex narratione cum appareat, oppidum inter Stratum et Astacum situm fuisse, omnium maxime probabile est, parietinas, quae sunt prope vicos *Prodromos* et *Chrysovitza*, ipsius Corontaeorum oppidi esse (cf. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 367 sqq.; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 35). Civitatem sui iuris fuisse videmus ex titulo n. 517, 2, ubi scriba senatus Acarnanum est Νικίας Βαθύου Κορονταῖος. Haec igitur est genuina ethnici forma, cuius loco Stephanus Byzantius s. v. ficticiam Κοροντεύς exhibet.

---

441 Ante domum privatam vici *Chrysovitza*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 182.

Π Ο Λ Ε Μ Ω Ν
Φ Α Σ Ε Ι Δ Α

Πολέμων | Φασείδα.

IV.
STRATVS.

442 Tabula ahenea a. 0,105, l. 0,185, c. 0,002. Litterae altae 0,005—0,006. In quattuor angulis foramina clavis figendis destinata. Inventa tabula in ruderibus veteris Stratiorum oppidi ad eum templi angulum, qui spectat inter septentriones et orientem solem. Ed. A. Joubin *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 445 n. 1. Cf. quae de titulo exposuit F. Bechtel Hermae XXXI p. 318.

Ϸ Ο Ξ Ε Τ Α Ι Π C Λ Ι Τ Ω Ν Σ Τ Ρ Α Τ Ι
Ω Ν Λ V Σ Ι Α Ι Τ Ω Ι Κ Α Λ Λ Ι Α Τ Ω Ι Μ Ε
Γ Α Ρ Ε Ι Κ Α Ι Α Ρ Ι Σ Τ Ι Ω Ν Ι Τ Ω Ι Λ V Σ Ι
Α Κ Α Ι Κ Α Λ Λ Ι Π Ω Ι Τ Ω Ι Λ V Σ Ι Α Π Ρ
Ο Ξ Ε Ν Ι Α Ν Ϸ Ο Μ Ε Ν Κ Α Ι Π Ρ Ο Ν Ο
Μ Ι Α Ν Κ Α Ι Π Ρ Ο Π Ρ Α Ξ Ι Α Ν Α Υ Τ Ο Ι
Σ Κ Α Ι Γ Ε Ν Ε Α Ι Π Ρ Ο Ε Ν Γ V Ο Ι Π Ρ Ο Ξ
Τ Ο Σ Β Ι Σ Ω Ν Τ Ε Ι Σ Α Ν Ϸ Ρ Ο Σ
Κ Α Ι Α Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Β Ο Λ Α Ρ Χ Ο Σ Ε Σ Σ Π Ε
Ν Π Α Ρ Ο Σ Σ Ι Τ V Λ Ο Η V Ι Ο Σ ⊞ Ο Ι Τ Ι Α Σ

[῞Ε]δοξε τᾷ πόλι τῶν Στρατί|ων, Λυσίᾳ τῷ Καλλία τῷ Με|γαρεῖ καὶ Ἀριστίωνι τῷ Λυσί|α καὶ Καλλίπ(π)ῳ τῷ Λυσία πρ|οξενίαν δόμεν καὶ προνο|μίαν καὶ προπραξίαν αὐτοῖ|ς καὶ γενεᾷ. προένγυοι· Προ[ῖ]|τος, Β[ρή]σων, Τείσανδρος· | καὶ ἀτέλειαν. βούλαρχος ἦς Σπ[ί|νθ]αρος Σιτύλου υἱὸς Φοιτιᾶς.

Titulus insignis cum aliis rebus tum litteratura, quae numero quidem et significatione litterarum tota Ionica est praeter signa Η pro aspirationis nota et Ε pro vocali $\bar{e}$ producta usurpata; quod contra formae litterarum haud paucae (Α Β Ϸ Ε Ξ Μ Ν Ρ ⊞) ex antiquiore illius regionis scriptura servatae sunt. Qua ex re iure meritoque colligas eo ipso tempore, quo Ionica scriptura Stratii uti inciperent, haec exarata esse, id est initio quarti a. Chr. n. saeculi.

Sub finem primus editor legendum existimavit καὶ ἀτέλειαν Βούλαρχος ἔσπ[εν] (i. e. εἶπεν) . αροσσιτύλου υἱὸς Φοιτιᾶς, definite adnotans, Βούλαρχος hic proprium nomen, non magistratus aut muneris publici vocabulum esse. Sed ita . αροσσιτύλου unius nominis reliquiae habendae essent, id quod omnium maxime improbabile est. Sed vel si βούλαρχος ἔσπ[ε|ν] [Π]άρος Σιτύλου υἱὸς Φοιτιᾶς legamus, gravissimae restant offensiones. Nam ut taceam de mira inconstantia, qua additamenti quidem rogator nominatim perscribitur, principalis vero rogationis auctor non item, aoristus ἔσπεν plane inauditus est. Quem quod apud Homerum se legisse profitetur Joubinus, sine dubio imperativi ἔσπετε illic haud infrequenter occurrentis memoria deceptus est. Quare mihi quidem dubium non est, quin illa καὶ ἀτέλειαν non additamentum separatim a quopiam rogatum et populi suffragiis probatum significent, sed mero lapicidae errore supra omissa et postea non suo loco adiecta sint. Reliqua vero temporis notam eius, qui concilio praefuit, nomine expressam continent. Talia plerumque quidem decretis praemittuntur, sed passim etiam subiunguntur, cuius rei in ipsa Stratiorum civitate alia habes exempla n. 443, 9. 445, 11. Verbum substantivum sane plerumque non additur; sed hoc antiquioris moris esse indicant tabulae sexagesimarum Minervae Poliadi ex sociorum tributis consecratarum C. I. A. I, 237, 36: Σοφοκλῆς Κολωνῆθεν ἑλληνοταμίας ἦν; 240, 4: Αἰσχύλος Ἐλευσίνιος ἑλληνοταμίας ἦν; 247, 5: ἑλληνοταμίας ἦν Φιλέταιρος Ἰκαριεύς. Quibus quid cogitari potest similius huius Stratiorum plebisciti? De forma Dorica ἦς nulla potest esse dubitatio; nam etsi vocalis $\bar{e}$ productae nullum praeterea hic occurrit exemplum, tamen cum Η (vs. 10) spiritus asperi nota sit, illa non potest non eadem ac correpta nota Ε significata fuisse. Ne de nomine quidem bularchi mihi quicquam ambiguitatis restare videtur, siquidem litteram θῆτα, quae sane ne ipsa quidem alibi in hac inscriptione occurrit, non rotundam sed quadratam fuisse ex litterae ⊞ (φῖ) forma iure meritoque colligitur. Nihil igitur peccatum est sive in incidendo sive in exscribendo, nisi quod in fine versus noni Ε pro Ι lectum est, simillimo errore ac versu 7 exeunte.

Haec omnia litteris consignata erant, priusquam ederetur commentatio Bechtelii, e qua non sine gaudio intellexi, collegae sermonis Graeci peritissimo de postremi enuntiati interpretatione mecum plane convenire; utrumque nostrum sua sponte in eam incidisse definite testari non inutile erit.

---

443 Lapis calcarius, a. 0,60, l. 0,27, c. 0,08, integer praeter dextrum latus, ubi dimidia fere pars periit, fractus in duas partes, quorum altera effossa est in angulo septentrionali et orientali templi inter rudera antiqui Stratiorum oppidi, altera in ara magna, quae fuit ante idem templum. Ed. A. Joubin *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 448 n. 2.

Ϙ
Ε Δ Ο Ξ Ε Τ Η Ι Π C
Π Ε Δ Ι Ε Ι Ι Π Π Ο Κ Λ
Σ Τ Ο Υ Π Π Ο Ξ Ε Ν Ο
Α Υ Τ Ο Ν Κ Α Ι Ε Γ Γ Ο Ν
Ω Ι Α Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Π Α Ν
Κ Α Ι Π Ο Λ Ι Τ Ε Ι Α Ν
Σ Φ Α Λ Ε Ι Α Ν Κ Α Ι Κ Α
Λ Α Σ Σ Α Ν Κ Α Ι Α Υ Τ Ω
Ι Μ Ν Α Μ Ο Ν Ο Σ Λ Υ Σ Ο
Τ Α Β Ο Υ Λ Α Ι Π Ι Θ Α Κ Ο Υ

Ἔδοξε τῆ πό[λει τῶν Στρατίων]· | Πεδιεῖ Ἱπποκλ[έος Εὐβοεῖ ἐκ Καρύ]|στου· πρόξενο[ν εἶναι Στρατίων] | αὐτὸν καὶ ἐκγόν[ους, καὶ εἶναι αυτ]|ῷ ἀτέλειαν πάν[των καὶ ἰσοτέλειαν] | καὶ πολιτείαν [καὶ ἀσυλίαν καὶ ἀ]|σφάλειαν καὶ κα[τὰ γῆν καὶ κατὰ θά]|λασσαν καὶ αὐτῶ[ι καὶ χρήμασιν, ἐπ]|ὶ μνάμονος Λυσο[ῦ, γραμματεύοντος] | τᾶ βουλᾶ Πιθάκου.

Tituli n. 443—445 Attici sermonis usu insignes sunt, qui in reliquis duobus constanter servatur, cum hic sane fluctuetur (vs. 1 τῆ; vs. 10 τᾶ βουλᾶ). Quam dialectum non licet ad eam aetatem referri, qua omnino per omnes Graeciae regiones communis illa sermonis forma ex Attica nata antiqua linguae discrimina expulerat. Namque cum n. 445, 3 indicio sit, haec decreta esse priusquam Stratiorum oppidum in Aetolorum potestatem perveniret, id est ante annum 268 a. Chr. (cf. E. Oberhummer *Akarnanien* p. 145. 271), ne litteratura quidem tertio a. Chr. n. saeculo recentior esse potest. Illa vero aetate antiquam dialectum nondum exstinctam fuisse apud Acarnanes certum est. Restat igitur, ut sermonis usum ad eorum, qui proxeniae honore afficiebantur, patrias referamus; ex quibus unus (n. 444, 4) certe Euboeensis est, in alterum, si modo recte supplevi, idem cadere videtur (n. 443, 3); tertii (n. 445, 1) origo ignoratur.

Dativus (n. 443, 2) nullo modo in enuntiati quod sequitur structuram quadrat. Quare hunc quasi quendam argumenti indicem existimo, quales Atticis praecipue plebiscitis haud raro praemittuntur (cf. Saturae H. Sauppio oblatae p. 56 not. 2).

---

444 Apud Ph. D. Moschum in vico *Surovigli* sito prope parietinas Strati veteris. Ed. H. G. Lolling *Mitth. des arch. Inst. in Athen* IV (1879) p. 224 n. 2 (E. Oberhummer *Akarnanien* p. 269 n. 6).

ΕΟΙ
ΤΗΙΠΟΛΕΙΤΩΝΣ
ΝΑΡΙΣΤΙΠΠΟΝΑΡΙ
ΤΟΥΣΚΑΡΥΣΤΙΟΝ
ΝΟΝΕΙΝΑΙΚΑΙΕΥΕΡ
ΣΤΡΑΤΙΩΝΑΥΤΟΙ// Κ
ΟΝΟΥΣΚΑΙΕΔΩΚΑ
ΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΤΩ
ΙΕΛΕΙΑΝΚΑΙΠΟΛΙ
Ι ΣΕΓΚΤΗΣΙΓΚ

[Θ]εοί. | [Ἔδοξεν] τῆ πόλει τῶν Σ|[τρατίω]ν, Ἀρίστιππον Ἀρι|[στοκρά]τους Καρύστιον | [πρόξε]νον εἶναι καὶ εὐερ|[γέτην] Στρατίων αὐτὸ[ν] κ|[αὶ ἐκγ]όνους, καὶ ἔδωκα|[ν αὐτῷ] ἀτέλειαν πάντω|[ν καὶ ἰσοτ]έλειαν καὶ πολι|[τείαν κα]ὶ [γῆ]ς ἔγκτησιγ κ[αὶ οἰκίας ....]

Cf. quae adnotavi ad n. 443.

---

445 Apud Ph. D. Moschum in vico *Surovigli* sito prope parietinas Strati veteris. Ed. H. G. Lolling *Mitth. des arch. Inst. in Athen* IV (1879) p. 223 n. 1.

ΝΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΝΑΙΤΩΝ
ΕΤΗΝΚΑΙΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΙ
ΚΑΡΝΑΝΙΑΣΕΝΟΠΟΙΑ////
ΟΛΕΙΚΑΙΕΓΚΤΗΣΙΝΚΑ
ΙΑΣΚΑΙΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙ
ΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥ////
ΚΑΙΧΡΗΜΑΣΙΚΑΙ
ΗΝΗΣΚΑΙΚΑΤΑ
ΑΝΤΟΝΠΑΝΤ
ΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣ
ΩΝΟΣΦΟΙ
ΙΠΠΟΥ
ΙΝΟΝΤ

.......ν πρόξενον εἶναι τῶν | [πόλεων καὶ εὐεργ]έτην, καὶ πολιτείαν εἶ|[ναι αὐτῷ τῆς Ἀ]καρνανίας ἐν ὁποία[ι | ἂν βούληται π]όλει, καὶ ἔγκτησιν κα[ὶ | γῆς καὶ οἰκ]ίας καὶ ἀτέλειαν καὶ | [προδικίαν καὶ] ἀσφάλειαν καὶ ἀσυ[λ|ίαν εἶναι καὶ αὐτῷ] καὶ χρήμασι καὶ | [πολέμου ὄντος καὶ εἰρ]ήνης καὶ κατὰ | [γῆν καὶ κατὰ θάλασσ]αν τὸν πάντ[α | χρόνον καὶ αὐτῷ κ]αὶ ἐκγόνοις, | [γραμματεύοντος βουλῆς ...]ωνος Φοι[τι|ᾶνος, ...]ίππου, | ....ινοντ.....

De aetate cf. quae adnotavi ad n. 443. Non Stratiorum, sed communis Acarnanum concilii hoc esse decretum apparet. Vs. 2 init. [Ἀκαρνάνων καὶ εὐεργ]έτην Lolling. Sane hoc exspectaveris; sed quum reliqui versus inter viginti sex et undetriginta litterarum numeros fluctuent, hic triginta quinque fuisse vix credibile existimaverim. Si ante de civitatibus Acarnaniae dictum fuisse sumemus, supplementum quod posui non improbabile videbitur.

---

446 Tabula lapidis calcarii, a. 0,27, l. 0,25, c. 0,10, fracta undique praeter latus sinistrum, inventa in antiquo Stratiorum oppido in eo angulo templi, qui spectat inter septentriones et orientem solem. Ed. A. Joubin *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 449 n. 3.

ΙΣΤ
ΣΟΙΤΛ
ΡΩΙΑΣΜΥΣΙ
ΦΙΛΛΙΑΣΤΗΛΑ
ΜΝΑΣΕΙΑΣΔΑΜΟΚ
ΣΙΜΟΣΠΕΤΑΛΟΥ $\overset{M}{𐅃}\overset{M}{\Delta}$
ΘΕΟΚΛΗΣΘΕΩΝΟΣ $\overset{M}{\Delta}$
ΤΕΙΣΑΝΔΡΟΣΜΕΝΕΚΡ
ΘΥΙΩΝΙΔΑΣΗΡΑΚΛΕΟ
ΛΕΩΝΠΕΡΙΚΛΕΟΣ $\overset{M}{\Delta}$
ΦΡΥΝΩΝΠΕΡΙΚΛΕΟΣ
ΣΙΜΑΙΘΟΣΠΕΡΙΚΛΕ
ΞΕΝΝΥΣΣΙΡΩΝΟΣ $\overset{M}{\Delta}$
ΘΡΑΣΙΜΑΧΟΣΦΙΛΟ
ΝΕΑΙΘΟΣΦΙΛΟΞΕΝΟ
ΝΙΟΠΟΣΦΙΛΟΞΕΝΟ
ΦΙΛ

....ις Τ.......
...σοίτα[ς ....]
.ρωΐας Μυσ[τ.....]
Φιλλίας Τηλα[ύγεος ...]
Μνασείας Δαμοκ.....
Σῖμος Πετάλου $\overset{M}{𐅃}\overset{M}{\Delta}$
Θεοκλῆς Θέωνος $\overset{M}{\Delta}$
Τείσανδρος Μενεκ[ράτεος ....]
Θυιωνίδας Ἡρακλεο[δώρου ....]
Λέων Περικλέος $\overset{M}{\Delta}$
Φρύνων Περικλέος ...
Σίμαιθος Περικλέ[ος ...]
Ξένν[ι]ς Σίρωνος $\overset{M}{\Delta}$
Θρασ[ύ]μαχος Φιλο[ξένου ...]
Νέαιθος Φιλοξένο[υ ...]
.νιοπος Φιλοξένο[υ ...]
[.......... ....]φίλ[ου ....].

Laterculus pecuniarum a civibus munificentia in aedificationem aliudve nescio quod opus collatarum, exaratus ut quidem videtur tertio a. Chr. n. saeculo.

447. 448 Magnus lapis, qui partem arae effecisse videtur ante templum effossum Strati Acarnaniae. Ed. A. Joubin *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 451 n. 4.

(447)

Υ
ΠΡ
ΠΕΔΟΤ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΟΥ
ΣΤΡΑΤΙΟΣΤ ΙΙΕΠ Μ
ΕΙΟΝΩΙΟΝΟΜΑΥΝΟΞ ΣΤΟ
ΟΣΦΡΥΓΑΤΙΜΑΣΑΡΓΜΠΑΡΑΜΕΙΝΑΤΩ
ΔΕ ΡΑΔΙΟΝΥΣΙΟΝΕΩ ΚΑΙΗΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΣΕΙΔΕΜΗΠΑΡΑΜΗΝΑΙΑΤΕΛΗΣΑ
ΩΝΑΕΣΤΩΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ
ΩΚΡΑΤΗΣΣΩΤΕΛΕΟΣΣΤΡΑΤΙΟΣ
ΤΑΝΩΝΑΝΦΥΛΑΣΣΟΝΤΙΣΩΤΕΛΗΣ
ΣΩΚΡΑΤΕΟΣΣΩΤΑΚΟΣΣΩΤΕ ΣΤΡΑ
ΤΙΟΙΜΑΡΤΥΡΟΙΣΩΣΑΝΔΡΟΣ ΛΙΙΩΝΟΣ
ΗΓΝΗΤΟΣΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΙΟΣ ΞΕΝΩΝΟΣΠΟΛΥΞΕΙΝΟΣ ΛΟΧΑΓΟΥ
ΓΟΜΑΧΟΣΛΑΦΡΙΟΥΑΝ Ο ΑΝΤΙΙ

(448)

Ν
ΟΣ
Ε ΛΑ
ΟΝΟΜΑ
Γ ΜΕΙΝΑΤΩ
Τ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΜΗΠΑΡΑΜ ΑΤΕ
ΛΗΣΑΩΝΑ ΤΩ ΚΑΤΑΤΟΝ
ΝΟΜΟΝΣ

447 [............... ἀ]πέδοτ[ο] Διονύσιος .....ου | Στράτιος τ[ῷ Δ]ιὶ ἐπ' [ἐλευθερίᾳ σῶ]μ[α | ἀνδρ]εῖον, ᾧ ὄνομα Ὑνοξ.....ς, τὸ | [γέν]ος Φρύγα, τιμᾶς ἀργ(υρίου) μ(νᾶς). παραμεινάτω | δὲ [πα]ρὰ Διονύσιον ἕω[ς] κα ζῇ Διονύ|σιος· εἰ δὲ μὴ παραμήναι, ἀτελὴς ἁ | ὠνὰ ἔστω. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον | [Σ]ωκράτης Σωτέλεος Στράτιος. | τὰν ὠνὰν φυλάσσοντι Σωτέλης | Σωκράτεος, Σώτακος Σωτέ[α] Στρά|τιοι. μάρτυροι· Σώσανδρος [Σωτ]ίωνος, | ..ήγνητος Αἰσχρίωνος, Ἀπολλώνιος, | ...ιος Ξένωνος, Πολύξεινος Λοχάγου, | ...τόμαχος Λαφρίου, Ἀν[τίγον]ο[ς] Ἀντι.....

448 [........ ἀπέδοτο Διονύσιος .....ου Στράτιος τῷ Διὶ ἐπ' ἐλευθερίᾳ σῶμ]α [ἀν|δρεῖον ᾧ] ὄνομα [.τ....., τὸ γένος ......, τιμᾶς ἀρ]|γ[υρίου ...... παρα]μεινάτω [δὲ | .τ........ παρὰ Διονύσιον ἕως κα ζῇ] | Διονύσιος· [εἰ δ]ὲ μὴ παραμ[ήναι], ἀτε|λὴς ἁ ὠνὰ [ἔσ]τω. βε-βαιωτὴρ] κατὰ τὸν | νόμον Σ[ωτέλης Σωκράτεος Στράτιος ....].

Hae litterae duorum servorum ab eodem domino Dionysio Stratio manumissorum secundi a. Chr. n. saeculi esse videntur.

---

449 Lapis sepulcralis, in vico *Lepenu* sito prope rudera Strati veteris. Edd. Leake *Travels in Northern Greece* I tab. I n. 2 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1794*i*; Lebas *Inscr.* II, 1038); L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 64 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 172 n. 244; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 244 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1381).

ΔΙΚΚΩ
ΛΑΜΠΩΝΟΣ

Δικκὼ | Λάμπωνος.

---

450 Strati Acarnaniae (*Surovigli*). Ex Doubleti apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632.

ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ

Ἡρακλείου.

---

451 Strati (*Surovigli*) in domo privata. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 3; L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 63 (ex hoc A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 244 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1382).

Colnaghii exemplum:	*Heuzeyi exemplum:*
ΣΑΤΙ	ΣΑΡΠ
ΚΛΕΑΝ	ΚΛΕΑΝ
ΣΩΙΣΙΑΛΛ	ΣΩΣΙΛΛ
ʽΑΝΘΙΑ	ΑΝΘΙΛ

Σαρπ[ηδών], | Κλέαν[δρος], | Σώσιλλ[α], | Ἀνθία.

Quum versus tertius Heuzeyi apographum Colnaghiano aliquanto accuratius esse indicet, etiam in primo restituendo cum Fickio, qui sane Colnaghii exemplum omnino ignorabat, Heuzeyum sequi malui. Utrum nominativi an, ut Fickio placuit, genetivi restituendi sint, in medio relinquendum est. Versu quarto Ἀνθίδ[ος] Fick, non improbabiliter, si genetivos fuisse statuas.

---

452. 453 Lapis magnus quadrangulus ab omnibus partibus integer, ornatus margine prominente a parte sinistra et a superiore. Nunc est ante domum Pangiu cuiusdam in vico *Oktia*, sito semihorae spatio a parietinis Strati antiquae; incolae eum ex ruderibus templi alicuius in vicinia siti allatum dicebant. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 182.

(452) ΛΕ,
ΜΖ, ΚΟ̄ΦΑΒΙΟΣ (453)
ΕΤ

Apparet a sinistra (n. 452) duorum hominum epitaphium fuisse, ex quibus nihil supersit nisi aetatum designationes [ἐτῶν] λε' et [ἐτῶν] μζ', a dextra (n. 453) viri titulum sepulcralem Κό(ϊντος) Φάβιος .... | ἐτ[ῶν ..].

V.
PHOETIAE.

454 In ruderibus Phoetiarum (*Porta*). Edd. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 65 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1401); G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 182.

Α Ι Θ Ρ Ι Α Σ
‾Α Σ Χ Ρ Η Σ Τ Α Σ

Αἰθρίας | τᾶς χρηστᾶς.
Fickii coniectura, qui Αἰ[ολ]ίας emendandum opinabatur, Cousini apographo refutata est.

VI.
ALYZIA.

455 Marmor inventum Alyziae (*Kandila*) in horto. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 143 n. 7.

Κ Λ Ε Ω Ν Μ Ε Ν Ε Τ Ο Α Ν Ε Θ Η Κ Ε
Α Ρ Τ Ε Μ Ι Δ Ι Ε Υ ////////

Κλέων Μενέτου ἀνέθηκε | Ἀρτέμιδι εὐ[χάν].
Titulum quarti a. Chr. n. saeculi esse indicat Ο pro ΟΥ in genetivi terminatione scriptum (vs. 1). Versu secundo supplementum non plane certum est, quia etiam cognomen deae ibi fuisse potest.

456 Basis marmoris nigri, inaedificata Alyziae (*Kandila*) in muro domus. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso edd. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 143 n. 8; L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 77, cf. p. 410 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1400).

Υ Γ Ι Ε Ι Α Ι
Ι Π Π Ο Ν Ι Κ Α
Μ Ε Ν Ν Ε Ι Α Σ

Repraesentavi Heuzeyi apographum, a quo Colnaghianum non fere discrepat nisi quod vs. 1 ΥΓΙΕΑΙ habet.

Ὑγιείᾳ | Ἱππονίκα | Μεννείας.

Menneam Alyzeum habes n. 459, 2; neque enim inter nomina Μεννέας et Μεννείας ullum intercedit discrimen nisi scripturae. Probabile est hic duos haberi homines dedicantes, Hipponicam mulierem et Menneam virum; sed fieri etiam potest, ut donum deo ab una Hipponica oblatum sit, Μεννείας vero genetivus sit (cf. n. 423, 2. 484, 4. 521, 1) paternam originem significans.

457 Alyziae (*Kandila*) '*in un tegolo*'. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 143 n. 9.

Α Λ Υ Ζ Ε Ι Ω Ν

Ἀλυζείων.

458—461 Stelae duae inaedificatae Alyziae (*Kandila*) in ecclesia ab utraque parte portae. Edd. W. Henzen ex Colnaghii apographo a Newtono misso *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 143 n. 10; plenius et accuratius L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 492 n. 79 (antiquiores titulos n. 458 et 459 repetivit A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1403).

(458) Α Ν Α Σ Σ Α
Ο Ν Τ Ε Ο Σ

Α Ρ Ι Σ Τ Ο Μ Ε Ν Η Σ (459)
Μ Ε Ν Ν Ε Α

(460) † Υ Π Ε Ρ Ε Υ Χ Ι C . . Ε . Θ Ε Ρ Ι
C . . Υ Α Ν Α Γ . . . .

† Κ Α Ι Υ Π Ε Ρ Μ Ν Η Μ Η C Τ Η C Γ Υ Ν . . . . (461)
Α Υ Τ Ο Υ Α Γ Α Π Η C

458 [Ἀα]άνασσα | [Λε]οντέος.
459 Ἀριστομένης | Μεννέα.
460 † Ὑπὲρ εὐχ[ῆ]ς [Ἐλ]ε[υ]θερί[[ο]υ ἀναγ[νώστου].
461 † Καὶ ὑπὲρ μνήμης τῆς γυν[αικὸς] | αὐτοῦ Ἀγάπης.

Antiquiores tituli (n. 458. 459) secundi aut primi a. Chr. n. saeculi esse videntur, recentiores (n. 460. 461) Christianorum hominum vix ante quartum p. Chr. n. saeculum incisi sunt.

De loco, ubi hic lapis et n. 462 exstent, error natus est ex Heuzeyi lemmate. Etenim E. Oberhummer (*Akarnanien* p. 305*b*. 308*b*. 317*b*. 318*a*. 320*b*. 324*b*) haec monumenta Astaco vindicat, eademque videtur Fickii opinio esse. Ac sane Heuzeyi verba '*au même endroit*' (n. 79. 80) per se rectius referuntur ad proximum titulum n. 78 '*dans la vallée de Dragamesti* (*Astacos*)', quam ad superiorem n. 77 '*à Kandila* (*Alyzia*)'. Sed hanc levem editoris neglegentiam esse intelleges, si ipsam Acarnaniae descriptionem evolveris, ubi p. 410 hos lapides in ecclesia vici *Kandila* esse definite testatur Heuzeyus.

Nomina tituli n. 458 cum integra esse sumpsisset Heuzey (Ἄνασσα Ὄντεος), hanc opinionem iure improbans supplevit Fickius.

---

462 Alyziae (*Kandila*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 492 n. 80 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1404).

ΦΡΥΝΙΧ . .
ΑΛΕΞ . . .

Φρύνιχ[ος] | Ἀλεξ...
De origine v. quae adnotavi ad n. 458—461.

463 In vico *Kandila*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181.

ΓΕΜΕΛΛΑΕΤ
ΧΑΙΡΕ
ΠΩΛΛΙΩΝΕΤ
ΧΑΙΡΕ

Γέμελλα ἐτ[ῶν ..] | χαῖρε.
Πωλλίων ἐτῶ[ν ..] | χαῖρε.

VII.

PALAERVS ET VICINIA.

464 Palaeri (*Kekropula*) in tabula grandi. Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 72 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 172 n. 243; A. Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1395).

ΑΘΑΝΑΣ
ΔΙΟΣ

Ἀθάνας, | Διός.

---

465 '*Myrtunte*'. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1039.

ΛΟΤΑΦΙΑΔΑΣ

[Δι] Ταφιάδας [ἀνέθηκε].

Emendare et supplere conatus sum; quam facili errore ΔΙΙ in ΛΟ abire potuerit, sponte patet. Ταφιάδας vero nomen derivatur a Τάφιος, quod ut omnia ethnica in nomen proprium abire potuit ac potissimum quidem in Acarnania, cuius antiquissimi incolae Taphii perhibebantur. Quod contra nomen Λοταφιάδας, quod hic agnoscere sibi videtur Oberhummer *Akarnanien* p. 319, nullam habet probabilem explicationem. Inter titulos Palaeri et viciniae hunc propterea recepi, quia Μυρτοῦς quidem oppidum in Acarnania nullum fuit, sed iuxta ipsas Palaeri parietinas lacus, qui vocabatur Μυρτούντιον (Strabo X, 2, 21 p. 459; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 19. 286).

---

466 Palaeri (*Kekropula*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 75 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1398).

. ΘΑΝΑΛ . . .

[Ἀ]θανά[δα].

Utrum nominativus an genetivus restituendus sit non liquet, nam uterque casus in titulis sepulcralibus, qui Palaeri (*Kekropula*) et Sollii (*Zaverda*) inventi sunt, satis frequens est. Atque illos quidem qui genetivum habeant (n. 467—469. 473—480), antiquiores esse quam qui nominativo (n. 470. 471. 481. 482) aut vocativo (n. 472) utantur, consentaneum est, quia hic usus recentiore tempore usquequaque pervulgatus erat, quum secundus casus ubicunque omnino aliquando in usu fuit, prioris aetatis sit. Sane litterarum ductus nullam habent insignem discrepantiam, qua hoc temporum discrimen confirmetur.

---

467 Palaeri (*Kekropula*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 73 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1396).

ΔΙΚΑΙΑΣ

Δικαίας.

---

468 Cippus sepulcralis; litterae non incisae, sed anaglypho expressae. In ecclesia quadam deserta vici *Kekropula*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 2.

. ΙΟΝΥΣΙΟΥ

[Δ]ιονυσίου.

---

469 In ecclesia quadam deserta vici *Kekropula*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 1.

ΦΑΙΝΑΙΕΤΑΣ

Φαινα[ρ]έτας.

---

470 Palaeri (*Kekropula*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 76 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 4 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1399).

ΚΡΙΤΟΒΟΥΛΑ

Κριτοβούλα.

471 Palaeri (*Kekropula*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 74 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 16 n. 1397).

ΚΛΕΥΜΕΙΙ.Η
.ΤΙΛΓϹΝΟ.

Κλευμέ[ν]η[ς | Σ]τίλπωνο[ς].

---

472 Lapis inventus in vico *Kekropula*, translatus in vicum *Zaverda*, ubi exstat in horreo Georgii Karpusis. Ex G. Doubleti apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632.

ΧΥΤΡΙΧΑΙΡΕ

Χυτρὶ χαῖρε.

---

473 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 3.

ΑΞΙΟΧΟΥ

Ἀξιόχου.

Lapides n. 473—482 inventi sunt in vico *Zaverda*, sito illo quidem ad ipsum litus maris infra antiquum Palaerensium oppidum (*Kekropula*). Iam Thucydides II, 30, 1 in narratione de rebus aestate a. 431 a. Chr. gestis haec habet: *οἱ δ' ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἔτι ὄντες περὶ Πελοπόννησον Σόλλιόν τε Κορινθίων πόλισμα αἱροῦσι καὶ παραδιδόασι Παλαιρεῦσιν Ἀκαρνάνων μόνοις τὴν γῆν καὶ πόλιν νέμεσθαι, καὶ Ἀστακὸν κτλ.* Neque vero unquam Sollium redditum esse Corinthiis probabile est cum propter querellas Corinthiorum, de quibus in anni 421 a. Chr. memoria loquitur Thucydides V, 30, 2 (*Κορίνθιοι δὲ παρόντων σφίσι τῶν συμμάχων — ἀντέλεγον τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἃ μὲν ἠδικοῦντο, οὐ δηλοῦντες ἄντικρυς, ὅτι οὔτε Σόλλιον σφίσιν ἀπέλαβον παρ' Ἀθηναίων οὔτε Ἀνακτόριον, εἴ τέ τι ἄλλο ἐνόμιζον ἐλασσοῦσθαι, πρόσχημα δὲ ποιούμενοι τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης μὴ προδώσειν*), tum quia post Thucydidem nusquam eius oppidi mentio fit. Quae quum ita sint, haud inepte reliquias in proxima Palaeri vicinia prope vicum *Zaverda* repertas Sollio vindicaverunt K. Bursian *Geographie von Griechenland* I p. 115 et H. G. Lolling apud I. de Müller *Handbuch der Alterthumswissenschaft* III p. 140. Quod contra L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 396 sqq. et E. Oberhummer *Akarnanien* p. 31. 36 sq. parietinas castelli sitas prope Palaerum ab occidentali et meridionali parte iuxta vicum *Plagia* in columine angusti et praerupti collis saxosi, Sollii esse existimaverunt. Sed mihi quidem Bursiani et Lollingii opinio praeferenda videtur, maxime propter Thucydidis locum III, 95, 1: *παρέπλευσεν ἐς Σόλλιον.* Nam cum in eis, quae deinceps narrantur rebus nullae sint Sollii partes, nulla alia cogitari potest oppiduli commemorandi causa, nisi ut ipse locus, quo naves appulerunt, definiretur. Maritimum igitur erat oppidum, quo Palaerenses sibi tradito sine dubio portu (*ἐπινείῳ*) utebantur. Atqui illae de quibus Heuzeyus et Oberhummerus cogitaverunt reliquiae castelli aut oppiduli mediterraneae sunt non minus quam ipsa Palaerensium urbs. Quod Oberhummerus dicit, inter Thyrrheum (*Hagios Vasilios*) et eum, de quo nunc disputamus, locum aequis intervallis distantes complurium castrorum reliquias exstare, id siquid video neutiquam sufficit ad demonstrandum, portum prope hodiernum vicum *Zaverda* situm antiquitus Thyrrheorum potius quam Palaerensium fuisse.

---

474 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 4.

ΕΥΦΡΟΝΟΣ

Εὔφρονος.

475 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 7.

ΚΡΕΟΜΑΧΑΣ

Κρεομάχας.

Hoc nomen etsi permirum est, tamen non putaverim ab editore male lectum esse. Etenim ex simillimo Κλεομάχα hoc natum videtur non transscribentis errore, siquidem Ρ et Λ litterae ne levissimam quidem similitudinem habent, sed pronuntiatione, qua has consonas perfrequenter apud omnium regionum homines Graecos permutatas esse nemo fere ignorat.

---

476 Lapis a dextra parte gypso oblitus, ut nunc tres postremae litterae legi nequeant. Litterae non incisae, sed anaglypho expressae. In domo Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 9.

ΛΑΜΙΑ[ΔΟΣ]

Tres postremas litteras Cousino indicavit dominus illius domus, qui eas exscripserat, priusquam gypso occultarentur.

Λαμιάδος.

---

477 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 5.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΟΣ

Μυρμιδόνος.

---

478 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 8.

.ΕΝΑΡΧΙΔΟ.

[Ξ]εναρχίδο[ς].

---

479 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 6.

ΞΕΝΟΤΙΜΟΥ

Ξενοτίμου.

---

480 In vico *Zaverda* in domo, cuius dominus est Demetrius Kondussis. Ex G. Doubleti apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632.

ΙΕΝΩΝΟΣ

[Ξ]ένωνος.

---

481 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 1.

.ΚΤΙΑΣΧΑΙΡΕ

[Ἀ]κτιὰς χαῖρε.

---

482 Lapis inaedificatus in muro domus Georgii Tsakalis in vico *Zaverda*. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 181 n. 2.

ΓΟΛΥΞΕΝΑ

Πολυξένα.

VIII.
THYRRHEVM.

483 In vico *Hagios Vasilios* apud Georgium Kyriakum. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 165 n. 1 (P. Viereck Sermo Graecus p. 45 n. XXII; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 197).

ΣΥΜΜΑΧΙΑ ΠΟΤΙΡΩΜΑΙΟΥΣ
ΕΠΙΥΠΑΤΩΝΓΑΙΟΥΚΟΙΛΙΟΥΚΑΛΔΟΥΓΑΙΟΥΥΙΟΥ
.ΕΥΚΙΟΥΔΟΜΕΤΙΟΥΓΝΑΙΟΥΑΙΝΟΒΑΡΒΟΥΣΤΡΑΤΗ
..ΥΝΤΟΣΚΑΤΑΠΟΛΙΝΓΑΙΟΥΣΕΝΤΙΟΥΓΑΙΟΥΥΙΟΥ
....ΕΤΩΝΞΕΝΩΝΛΕΥΚΙΟΥΓΕΛΛΙΟΥΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΥΠΙΝΑΞ
....ΑΧΙΑΣΑΝΕΤΕΘΗΚΑΤΑΣΥΓΚΛΗΤΟΥΔΟΓΜΑ
......ΥΣΑΝΤΩΝ ΔΩΡΟΘΕΟΥΤΟΥΙΑΣΟΝΟΣ
.........ΤΟΥΜΕΝΑΝΔΡΟΥ 8 ΤΩΔΗΜΩ
'ΩΝ..'ΤΩΔΗΜΩΤ^ΘΥΡΡΕ'..

Συμμαχία ποτὶ Ῥωμαίους.

Ἐπὶ ὑπάτων Γαΐου Κοιλίου Κάλδου Γαΐου υἱοῦ, | [Λ]ευκίου Δομετίου Γναίου (υἱοῦ) Αἰνοβάρβου, στρατη|[γο]ῦντος κατὰ πόλιν Γαΐου Σεντίου Γαΐου υἱοῦ, | [ἐπὶ δ]ὲ τῶν ξένων Λευκίου Γελλίου Λευκίου υἱοῦ, πίναξ | [συμμ]αχίας ἀνετέθη κατὰ συγκλήτου δόγμα, | [πρεσβε]υσάντων Δωροθέου τοῦ Ἰάσονος | [καὶ Μενάνδρου] τοῦ Μενάνδρου· Τῷ δήμῳ | [τῷ Ῥωμα]ίων [κα]ὶ τῷ δήμῳ τῷ Θυρρεί[ων | εἰρήνη καὶ φιλία καὶ συμμαχία ἔστω ....].

C. Coelius C. f. Caldus L. Domitius Cn. f. Ahenobarbus consules fuerunt anno 94 a. Chr. Ex duobus praetoribus urbanus C. Sentius manifesto idem est, qui paucis post annis Macedoniam provinciam administravit ingentemque Thracum impetum, cum primo male adversus eos pugnasset (Liv. perioch. 70), tandem feliciter repressit (Orosius 5, 18, 30; Cic. in Pison. 34, 84); L. Gellium praetorem inter peregrinos patrem existimo consulis a. 72 a. Chr., avum consulis a. 36 a. Chr. Neque enim ulla ex parte probabile est, eundem hominem, qui a. 94 a. Chr. praetura functus sit, viginti duobus demum annis post ad consulatum pervenisse. Sane sic nullo modo teneri potest Drumanni opinio, qui ad ipsum consulem anni 72 a. Chr. rettulit, quae apud Ciceronem Bruti 27, 105 de L. Gellio C. Carbonis in consulatu (a. 120 a. Chr.) contubernali leguntur; sed ea per se propter temporum rationes omnium maxime improbabilis est; immo ille Carbonis contubernalis sine dubio praetor peregrinus huius tituli est. Memorabilis est scriptura Αἰνόβαρβος, simillima ea quidem illius quae in titulo Oropio paucis modo annis recentiore I, 413, 24 legitur Αἰνόβαλβος. Qui concentus cum demonstret, iam primo a. Chr. n. saeculo ineunte duas vocales initiales in unam syllabam coaluisse, sponte patet ad antiquitatis affectationem referendam esse formam Ἀηνόβαρβος in titulis aetatis imperatoriae (C. I. A. III, 581, 2. 604, 4). Μένανδρος Μενάνδρου est in titulo n. 486, 9, qui huic aetate suppar videtur. Neque tamen supplementum versus octavi pro certo venditare volo.

---

484 Naupacto tribuit Lebas, qui edidit *Inscr.* II, 1022 (E. Oberhummer *Akarnanien* p. 270 n. 7).

ΔΙΩΝ ΟΥΞΕΙ
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΘΥΡΡΕΙΩΝΚΛΕΟΦΑ
ΡΗΤΟΥΧΑΟΝΑΠΕΥΚΕΣΤΟΝΣΩΤΙ
ΕΝΙΑΣΚΑΣΣΩΠΑΙΟΝΑΥΤΟΥΣΚΑΙΕΓΓΟ
ΣΑΜΑΤΑΠΑΝΤΑΕΙΜΕΝΔΕΑΥΤΟΙΣ
ΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΑΥΤΟΙΣΚΑΙΧΡ
ΛΙΚΑΤΑΓ..........ΑΛΑΣΣΑΝ
ΚΕΙΑΝ

.....δίων, [......... προξέν]ου[ς] εἶ[μεν] | τᾶς πόλιος τῶν Θυρρείων Κλεοφά[νη Ἀγα]|πητοῦ Χάονα Πευκεστόν, Σώτι[μον Ξ]|ενίας Κασσωπαῖον, αὐτοὺς καὶ ἐγγό[νους εἶ]|ς ἅματα πάντα. εἶμεν δὲ αὐτοῖς [καὶ ἀσφ]|άλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρ[ήμασι | κ]αὶ κατὰ γ[ᾶν καὶ κατὰ θ]άλασσαν | ....κειαν....

De aetate tituli recte iudicasse videtur Oberhummer, qui eum tertio a. Chr. n. saeculo tribuit. Naupacti lapidem inventum esse cave credideris Lebasio; immo is hic similem errorem commisisse videtur atque in titulo n. 364, cuius de origine Lollingii testimonio plane constat. Duorum primorum versuum fines supplevit R. Schoellius apud Oberhummerum. Versum tertium sic distinxit Oberhummer: [Ἀγα]|πητοῦ Χάονα, Πευκεστὸν Σωτί[ωνος], id quod ipsum per se spectatum probabilius iudicaveris. Sed quid tum faciemus initio versus quarti, inter quod et finem superioris 4—6 litteras modo intercidisse reliqui versus docent? Quare malui Χάονα Πευκεστόν sic coniungere, ut posteriore nomine pagum aut partem Chaonum gentis significari sumerem (cf. Κρὴς Λύττιος, Θεσσαλὸς Σκοτουσσαῖος et similia), id quod eo minus debet improbabile iudicari, quia nomina gentium in -τός cadentium in Epiro finitimisque regionibus omnium maxime frequentia sint, aliena illa quidem a reliquis omnibus Graeciae partibus si excipias Boeotorum nomen, quorum de origine fortasse hinc coniecturam capere licet. Neque sententiae meae obstat, quod Peucestorum nomen nusquam praeterea legitur; nam multa sunt eiusdem generis ethnica Epirotarum, quae plane ignoraremus, nisi fortuito in inscriptionibus Dodonaeis inventa essent, veluti Δοεττός, Κλαθιατός, Ὑγχεστός, Φοινιατός (v. indicem). Neque a veri specie abhorret, Πευκέστας nomen Macedonicum notissimum nihil esse nisi huius ethnici formam leviter deflexam. Versu 4 non possum non agnoscere genetivi formam a nominativo non discrepantem, quam habes n. 521, 1 ac fortasse etiam n. 423, 2. 456, 3. Versus 5 init., quod Oberhummerus non expedivit, supplevi collata formula in hoc decretorum genere apud Acarnanas non inusitata (εἰς) τὸν πάντα χρόνον; cf. n. 445, 9. 516, 12. 517, 4.

485 Tabula (*a*) lapidis duri, a. 0,37, l. 0,52, c. 0,10, integra a superiore et a sinistra parte, a duabus reliquis mutila, utrimque inscripta, inventa in loco qui vocatur Γιανέρι intra antiquum oppidum Thyrrheum in fundo Ioannis Tsampi, translata in vicum *Hagios Vasilios*, ubi exstat in impluvio Themistoclis Strati. Exscripsit Constantinus Samius, addito fragmento *b*, quod ad utram lapidis planiciem pertineat, in medio relinquendum est. Huius apographo usus est Andreas N. Skias, qui fragmentum *b* non iam vidit, sed lapidis *a* utramque partem ipse denuo exscripsit et omnia edidit Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 29 n. 1. Cf. quae adnotavit A. N. Skias ibid. p. 176.

a

A

ΧΩΡΟΙΕΠΩΛΗΘΕΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΟ
ΤΟΝΔΕΜΗΚΑΤΑΒΑΛΟΝΤΑΗΜΙΟ
ΔΡΥΜΩΙΟΦΙΛΟΜΗΛΟΥΓΕΝΟΜΕ
ΤΑΝΜΑΚΡΑΝΚΑΙΕΙΣΤΑΝΕ
ΔΡΥΝΤΟΝΠΟΤΙΤΑΙΟΔΩΙ
ΛΥΡΟΛΑΟΥΤΑΕΠΙΛΟΙΠ
ΠΕΝΤΕΕΤΕΩΝΑΡΥ
ΚΑΙΑΔΡΑΙΝΕΤΟ
ΛΑΠΙΑΔΙ

B

ΙΙΑΑΡΓΙΛΟΣΜΝΑΣΠΛΕΘΡΟΝΕΑΝΤΑΙ
ΥΚΑΙΟΙΣΤΡΑΤΑΓΟΙΕΤΕΟΜΑ///

ΥΝΕΥΔΟΚΟΥΝΤΩΝΥΠΕΡΤΑΜ
ΟΥΚΑΙΣΥΜΠΡΟΒΟΥΛΩΝΚΑΙΤΩΝ
ΙΤΩΝΕΥΚΡΑΤΕΟΣΛΥΚΙΣΚΟΥ
ΛΕΤΥΟΣΑΡΙΣΤΑΣΑΛΚΕΤΑ
ΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΛΥΚΙΣΚΟΥΑ
Λ'' ΜΟΝΟΣΜΝΑΣΙΚΡΑ

b

ΜΑΤΑ
ΚΑΙΕΥΑ
ΧΩΡΗΣ
ΜΑΧΟ

Χῶροι ἐπώληθεν Ἀριστοκράτεο[ς ....] | τὸν δὲ μὴ καταβαλόντα ἡμιό[λιον ὀφλεῖν τὰν τιμάν· ἀγρὸς ὁ ποτὶ τῷ] | δρυμῷ, ὁ Φιλομήλου γενόμε[νος .... παρὰ τὰν πλευρὰν] | τὰν μακρὰν καὶ εἰς τὰν ε.......................|δρῦν τὸν ποτὶ τῷ ὁδῷ .... | Λυρολάου τὰ ἐπίλοιπ[α ....] | πέντε ἐτέων ἀρυ...................... | καὶ Ἁδραινέτο[υ ... . | Ἀσκ]λαπιάδι ....

[.......ν]α ἄργιλος μνᾶς πλέθρον, ἐὰν ται|[.................... ...ο]ν καὶ οἱ στραταγοὶ Ἐτεόμα[χος | .... σ]υνευδοκούντων ὑπὲρ ταμ [πόλ|ιν .... προβούλ]ου καὶ συμπροβούλων καὶ τῶν | [.......................... ..]ιτων Εὐκράτεος, Λυκίσκου, | ...., Λέτυος, Ἀρίσταας, Ἀλκέτα, | ...., ...ος, Ἀρίστωνος, Λυκίσκου, Α|[........................, Φι]λήμονος, Μνασικρά[τεος, ...].

Titulus de agris Callicratis cuiusdam, cuius res familiaris publicata fuisse videtur, venum datis, tertio a. Chr. n. saeculo lapidi incisus. Etsi in maiore tabulae parte (*a*) nonnullis locis paullo plura supplere mihi licuit quam editori Graeco (*A*, 1—4. *B*, 12. 13), tamen in summa rei non multum lucramur, siquidem nusquam integrum enuntiatum restituere possumus. Minoris fragmenti (*b*) scriptura tam mutila est, ut supplendi conatu abstinere satius sit.

486 Stela sesquipedem Anglicum alta, a superiore parte ornata, immissa muro domus privatae in vico *Hagios Vasilios*. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* IV p. 21 not. 1 tab. XXXIV n. 164 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 982 n. 1793*b*; Lebas *Inscr.* II, 1047; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 172 n. 242; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1389; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 270 n. 8).

ΠΡΥΤΑΝΙΣ
ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΣΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΕΣΤΙΑ
ΛΥΣΙΑΣΜΕΝΟΙΤΙΟΥ
ΥΠΟΠΡΥΤΑΝΙΕΣ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΔΩΡΙΜΑΧΟΥ
ΛΕΩΝΙΔΑΣΛΕΩΝΙΔΑ
ΑΓΗΣΙΣΤΡΑΤΟΣΜΝΑΣΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΣΩΤΕΛΗΣΕΠΙΤΕΛΕΟΣ
ΛΑΜΙΣΚΟΣΛΕΟΝΤΟΣ
ΜΑΝΤΙΣ
ΕΥΞΕΝΟΣΔΑΖΙΜΟΥ
ΑΥΛΗΤΑΣ
ΛΕΩΝΛΕΟΝΤΙΣΚΟΥ
ΙΕΡΟΦΟΡΟΣΦΙΛΙΠΠΟΣΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ
ΜΑΓΕΙΡΟΣΝΙΚΑΝΔΡΟΣΣΩΚΡΑΤΕΟΣ
ΔΙΑΚΟΝΟΣΠΡΩΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΡΧΟΙΝΟΧΟΥΣΚΑΛΛΙΠΠΟΣΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ
ΙΕΡΟΘΥΤΑΣ
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΗΣΤΙΜΟΚΡΑΤΕΟΣ

πρύτανις·
Πολύευκτος Θεοδότου
ἑστία·
Λυσιὰς Μενοιτίου
ὑποπρυτάνιες·
Ἐπικράτης Δωριμάχου
Λεωνίδας Λεωνίδα
Ἀγησίστρατος Μνασιστράτου
Μένανδρος Μενάνδρου
Σωτέλης Ἐπιτέλεος
Λαμίσκος Λέοντος
μάντις·
Εὔξενος Δα[ζ]ίμου
αὐλητάς·
Λέων Λεοντίσκου
ἱεροφόρος· Φίλιππος Πολυεύκτου
μάγειρος· Νίκανδρος Σωκράτεος
διάκονος· Πρῶτος Δημητρίου
ἀρχοινόχους· Κάλλιππος Πολυεύκτου
ἱεροθύτας·
Καλλικράτης Τιμοκράτεος.

Scriptura et sermo alterum aut primum a. Chr. n. saeculum indicat. Qua de causa haud improbabile est, Menandrum Menandri f., qui hic hypoprytanis est, aut patrem esse illius legati, qui n. 483, 8 (a. 94 a. Chr.) est, quae est Oberhummeri sententia, aut adeo eundem utrobique hominem indicari. Apparet recenseri hic omnes, quorum partes aliquae erant in sacris quibusdam peragendis. Similes catalogi exstant haud pauci, inter quos eminent ei, quibus sacrorum Olympicorum antistites et ministri perscripti sunt (cf. Olympia V, Inscriptiones n. 58—141). Vs. 3. 4 ἑστία[ρχος] Λυσίας Boeckh, quod supplementum in titulo ceteroqui plane integro, cuius exemplum a Leakio confectum ne hic quidem ullum lacunae indicium habet, perquam improbabile ratus Fickius legit ἑστία· | Λυσιὰς Μενοιτίου, provocans ad inscriptiones Laconicas C. I. G. 1435. 1439. 1440. 1442. 1446, in quibus mulier quaepiam ἑστία πόλεως recensetur. Nuper accessit ἑστία τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀρκάδων Olympia V, Inscriptiones p. 561 n. 473, 13. 474, 3.

487 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*) apud Thomam Mantzavino. Ex ectypo et apographo suo ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 175 n. 2 (E. Oberhummer *Akarnanien* p. 271 n. 9).

Φ Ι . Ο Ι
Δ Α Μ Α Σ Ι ι
Σ Ω Τ Ω Ν Τ ∟
Δ Α Μ Ι Ω Ν Ν Ι Κ Α Ι
Ν Ι Κ Ο Μ Α Χ Ο Σ Λ Ε
Σ Υ Μ Β Ι Ω Τ /
Π Ο Λ Υ Δ Ω Ρ Ο Σ Ε Υ Π Ο /
Α Λ Κ Ι Φ Ω Ν Κ Λ Ε Ο Μ Ε Ν ∟ . _
Ε Υ Α Λ Κ Ο Σ Κ Λ Ε Ο Μ Ε Ν Ε Ο Σ
Α Λ Κ Α Ι Ν Ε Τ Ο Σ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ο Υ
Φ Α Ι Ν Ε Α Σ Σ Ω Τ Ι Ω Ν Ο Σ
Μ Α Ν Τ Ι Σ Ε Υ Ξ Ε Ν Ο Σ Δ Α Ζ Ι Μ Ο Υ
Α Υ Λ Η Τ Α Σ Δ Α Ζ Ι Μ Ο Σ Δ Α Ζ Ι Μ Ο Υ
Μ Α Γ Ε Ι Ρ Ο Σ Σ Ω Τ Η Ρ Ι Χ Ο Σ
Δ Ι Α Κ Ο Ν Ο Σ Λ Υ Κ Ο Σ
Π Α Ι Δ Ε Σ
Λ Υ Σ Ι Ξ Ε Ν Ο Σ Λ Ε Ο Ν Τ Ο Σ
Κ Λ Ε Ο Μ Ε Ν Η Σ Α Θ Α Ν Α Δ Α Σ Ο Ι Ε Υ Α Λ Κ Ο Υ
Κ Λ Ε Ο Μ Ε Ν Η Σ Α Λ Κ Ι Φ Ω Ν Ο Σ
Α Λ Ε Ξ Ω Ν Λ Ε Ο Ν Τ Ο Σ

Φιλο . . . . .
Δαμάσι[ππος . . . .]
Σώτων Τε . . . .
Δαμίων Νικαι[νέτου]
Νικόμαχος Λε . . . . ,
συμβιωτα[ί]·
Πολύδωρος Εὐπολ . . .
Ἀλκιφῶν Κλεομένε[ο]ς
Εὔαλκος Κλεομένεος
Ἀλκαίνετος Ἀλεξάνδρου
Φαινέας Σωτίωνος
μάντις· Εὔξενος Δαζίμου
αὐλητάς· Δάζιμος Δαζίμου
μάγειρος· Σωτήριχος
διάκονος· Λύκος
παῖδες·
Λυσίξενος Λέοντος
Κλεομένης, Ἀθανάδας οἱ Εὐάλκου
Κλεομένης Ἀλκιφῶνος
Ἀλέξων Λέοντος.

Titulus proxime superiori aetate suppar, quippe qui eundem habeat haruspicem Euxenum Dazimi filium (n. 486, 13. 487, 12). De argumento lubricum est iudicare, quia initium eorum, quorum maximae partes erant, nomina continens intercidit. Id sane manifestum est, haec quoque ad sacra quaedam spectare, sed vix ad eadem ac n. 486, siquidem illic neque συμβιωταί neque παῖδες sunt, hic praeter prytanes et hypoprytanes, quorum nomina cum superiore tabulae parte periisse suspiceris, etiam ἱεροφόρος, ἀρχοινόχους, ἱεροθύτας desiderantur, eo certe loco, quem in altera tabula obtinent.

---

488 Lapis fractus a dextra, qui gradus vice fungitur in scalis domus privatae, quae est in vico *Hagios Vasilios.* Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 179 n. 4.

Μ 𐅇 Χ 𐅅 Η 𐅄 |

Videntur a dextra, ubi lapis fractus est, signa ΔΓ⊢IIII periisse, ut 16666 drachmarum et quattuor obolorum summa, i. e. quinquaginta milium drachmarum tertia pars, perscripta fuerit.

489. 490 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Carminis n. 489 apographum litteris minusculis confectum, quod Phinticlis professor Atheniensis A. Kirchhoffio miserat, publici iuris fecit G. Kaibel Mus. Rhen. XXXIV p. 187 n. 481 *b*. Accuratius exemplum ex ipso lapide a se exscriptum litteris maiusculis, addito altero titulo (n. 490), edidit G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 178 n. 3 (E. Oberhummer *Akarnanien* p. 272 n. 11).

(490) Δ Α Μ Ο Κ Ρ Α Τ Η C
Δ Ι Ο Ν Υ C Ι Ο Υ
Ε Τ ω Ν Ι Α
Χ Α Ι Ρ Ε

(489) Π Α Τ Ρ Ι Σ Μ Ε Ν Κ Α Σ Σ Ω Π Α Π Α Τ Η Ρ Δ Ε
Μ Ο Ι Η Ν Μ Ε Ν Ε Δ Η Μ Ο Σ
Μ Α Τ Η Ρ Δ Ε Ε Ξ Ε Τ Ε Κ Ν Ω Σ Ε Ν Α Ρ Ι Σ Τ
Ο Κ Ρ Α Τ Ε Ι Ε Χ Ε Ν Ι Κ Α Ν
Δ Ι Σ Σ Α Δ Ε Τ Ε Κ Ν Α Λ Ι Π Ο Υ Σ Α Ν Ο Π
Α Ν Τ Ο Β Α Ρ Η Σ Λ Α Β Ε Μ Α Δ Η Σ
Α Κ Ρ Ι Τ Ο Ν Α Σ Τ Ο Ρ Γ Ο Υ Θ Η Ρ Ο Σ Ε Χ Ω Ν
Κ Ρ Α Δ Ι Η Ν
//// Α Ρ Ι Δ Ε Τ Ε Κ Ν Α Λ Ι Π Ο Ν Λ Υ Σ Ι Ξ Ε Ν Ω
Η Δ Ε Γ Ο Ν Ε Υ Σ Ι Ν
Ο Ρ Φ Α Ν Α Τ Α Υ Τ Α Τ Ρ Ε Φ Ε Ι Ν Μ Α Τ
Ρ Ο Σ Ε Ρ Η Μ Α Ν Ε Α Σ
Α Μ Ε Τ Ε Ρ Α Ν Δ Ε Α Ρ Ε Τ Α Ν Ο Υ Φ
Θ Ε Ν Ξ Ο Μ Α Ι Α Γ Α Ρ Α Τ Ε Ρ Μ Ω Ν
Π Α Σ Α Τ Ο Ι Η Π Ε Ι Ρ Ο Υ Γ Α Ι Α Φ Ε Ρ Ο
Π Λ Ο Σ Ε Ρ Ε Ι

489 Πατρὶς μὲν Κάσσωπα, πατὴρ δέ | μοι ἦν Μενέδημος,
μάτηρ δ' ἐξετέκνωσεν Ἀριστ|οκράτει' Ἐχενίκαν·
δισσὰ δὲ τέκνα λιποῦσαν ὁ π|αντοβαρὴς λάβε μ' Ἅιδης
ἄκριτον ἀστόργου θηρὸς ἔχων.| κραδίην.
[ἀνδ]ρὶ δὲ τέκνα λίπον Λυσιξένῳ | ἠδὲ γονεῦσιν
ὀρφανὰ ταῦτα τρέφειν ματ|ρὸς ἔρημα νέας.
ἁμετέραν δ' ἀρετὰν οὐ φ|θένξομαι· ἁ γὰρ ἀτέρμων
πᾶσά τοι Ἠπείρου γαῖα φέρο|πλος ἐρεῖ.

490 Δαμοκράτης | Διονυσίου | ἐτῶν ια' | χαῖρε.

Antiquiorem titulum (n. 489) secundo a. Chr. n. saeculo incisum iudicaverim. Etenim antiquiorem non esse cum carminis indoles, quam inferiorem aetatem referre iure dixit Kaibelius, tum mira in vocalium η et ᾱ usu inconstantia (Μενέδημος, Ἅιδης, κραδίην, Ἠπείρου — μάτηρ, ματρός, Ἐχενίκαν, ἀρετάν, ἁ, ἁμετέραν), quae dialectum non iam in quotidiano usu hominum vigentem, sed artificiose revocatam indicat, tum iota mutum in voce Ἅιδης omissum indicio est. At altero a. Chr. n. saeculo recentiorem non esse versus postremus prodit, siquidem Ἠπείρου γαῖα φέροπλος scribere non poterat poëta ea aetate, qua iam omnis rei bellicae usus in civitatibus Graecis Romanorum imperio sublatus erat. Nam quod Kaibelius observavit, versu nono poëtam antiquioris carminis exemplum secutum esse, id totum prava exemplaris Phinticliani lectione nititur. In quo cum τῆς Ἠπείρου legeretur, sane foedissimum vitium metricum suspicionem movebat, id pro alius terrae nomine versus mensurae accommodato, veluti Μακηδονίης, repositum esse. Iam quum τοι Ἠπείρου in lapide esse constet, non est quod auctorem carminis aliena pro suis adhibuisse putemus. Ceterum cum in universum distichis elegiacis utatur, altero loco pro pentametro hexametrum posuit, propter nomina propria illum versum respuentia, ut monuit Kaibel. Mulier Cassopaea nupserat civi Thyrrheo Lysixeno, quod nomen in eadem civitate habes n. 487, 17, etsi homo ille vix idem est atque Echetimae maritus.

Alter titulus (n. 490) manifesto imperatorum Romanorum aetate incisus est.

491 In vico *Hagios Vasilios* in domo, cuius dominus est Themistocles Stratos. Ex G. Doubleti apographo ed. *Bull. de corr. Hell* XVII (1893) p. 632 n. 3.

Κ Λ Ε Ω
Δ Ι Ο Φ Α Ν Τ

Κλεὼ Διοφάντ[ου].

492 In vico *Hagios Vasilios* in domo, cuius dominus est Themistocles Stratos. Exscripsit G. Doublet, cuius ex apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632 n. 1.

Λ Υ Κ Ι Σ Κ Ο Σ
Φ Α Λ Α Κ Ρ Ι Ω Ν Ο Σ

Λυκίσκος | Φαλακρίωνος.

493 Stela a. 0,62, l. 0,30, cum aëtomate, in domo Constantini Liarostathis, quae est in vico *Hagios Vasilios*. Ed. Andreas N. Skias Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 34 n. 2.

Ν Ι Κ Α Σ Ι Σ
Κ Α Σ Α Ν Δ Ρ Ο Υ

Νικασὶς | Κασάνδρου.

494 Lapis magnus ruber, inaedificatus in pariete domus privatae in vico *Hagios Vasilios*, ubi fuit quondam Thyrrheorum oppidum. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 5.

Α Ρ Ι Σ Τ Ͱ

Ἀρίστη.

495 Lapis parvus inaedificatus in domo Georgii Cyriaci, quae est in vico *Hagios Vasilios*. Ed. Andreas N. Skias Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 34 n. 4.

Ν Ι Κ . Σ .

Νικ[α]σ[ώ].

496 Stela cum aëtomate, infra quod ramus myrti anaglypho expressus et sub eo cymatium. Lapidis mutilati altitudo maxima 0,35, latitudo 0,45. Litterae intra excavatam lapidis partem non insculptae, sed anaglyphi instar prominentes. In vico *Hagios Vasilios*. Ed. Andreas N. Skias Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 36 n. 6.

Α Λ Κ Ε Τ Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀλκέτα χαῖρε.

497 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 67 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 4 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1394).

Α Μ Φ Ι Λ Α Ι Δ Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀμφιλαίδα χαῖρε.

498 Stela inventa Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. Leake *Travels in Northern Greece* IV tab. XXXIV n. 165 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1794*c*; Lebas *Inscr.* II, 1054; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1393).

Α Ν Θ Ι Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀνθὶς χαῖρε.

499 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 66 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1390).

Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ε Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀριστώνεια χαῖρε.

500 Lapis inaedificatus in vico *Hagios Vasilios*, ubi quondam fuit oppidum Thyrrheorum, in maceria horti ecclesiae, iuxta portam ab exteriore parte. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 12.

Α Ρ Χ Ε Λ Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρχέλα χαῖρε.

501 Lapis exiguus, Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 10.

Γ Ν Α Θ Α Ι Ν Α Χ Α Ι Ρ Ε

Γνάθαινα χαῖρε.

502 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 68 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 5 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1391. Cf. quae de titulo disputavit C. Bursian Mus. Rhen. XVI p. 435).

Ϝ Ρ Ω Σ Ι Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Ἔρωσις χαῖρε.

Nomen mirum neque erroris suspicione carens. Conieceris Ἐρω[τ]ὶς aut [Π]ρω[τ]ὶς in lapide esse. Utique de digammo in titulo illarum regionum Ionica litteratura exarato cogitare non licet.

503 Lapis magnus quadrangulus, Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 6.

Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἡράκλεια χαῖρε.

504 Stela a. 0.30, l. 0,35, fracta ab inferiore parte. Litterae insculptae in parte excavata lapidis. In domo Constantini Liarostathis, quae est in vico *Hagios Vasilios*. Ed. Andreas N. Skias Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 34 n. 3.

Κ Α Λ Λ Ο Ι
Χ Α Ι Ρ Ε

Καλλοῖ | χαῖρε.

505 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 69 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 246 n. 6 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1392).

. Λ Ε Ι Ο Ι
Χ Α Ι Ρ Ε

[Κ]λειοῖ | χαῖρε.

---

506 In vico *Hagios Vasilios* in domo privata, quam possidet Themistocles Stratos. Ex G. Doubleti apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632 n. 4.

Λ Ε Ω Ν Χ Α Ι Ρ Ε

Λέων χαῖρε.

---

507 Stela sepulcralis, ornata denticulis et floribus, Thyrrhei (*Hagios Vasilios*) inaedificata in pariete domus privatae. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 11.

Ν Ι Κ Ι Π Π Α Χ Α Ι Ρ Ε

Νικίππα χαῖρε.

---

508 Thyrrhei (*Hagios Vasilios*) apud Dionysium Lampum. Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 9.

Ν Ι Κ Ο Κ Λ Η Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Νικοκλῆς χαῖρε.

509 '*Stèle à fronton, ornée d'oves, de denticules et de fleurs, lettres en relief.*' Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 8.

Ν Ι Κ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Νικόστρατε χαῖρε.

---

510 In vico *Hagios Vasilios* in domo, quam possidet Themistocles Stratos. Exscripsit G. Doublet, cuius ex apographo ed. *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 632 n. 2.

Σ Ω Σ Α Ν Δ Ρ Ε
Χ Α Ι Ρ Ε

Σώσανδρε | χαῖρε.

---

511 Lapis magnus quadrangulus, Thyrrhei (*Hagios Vasilios*). Ed. G. Cousin *Bull. de corr. Hell.* X (1886) p. 180 n. 7.

Σ Ω Σ Ι Γ Γ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Σώσιππε χαῖρε.

---

512 Stela lata 0,56, supra et infra mutila, in vico *Hagios Vasilios* in impluvio Apostoli Sabbatopuli. Ed. Andreas N. Skias Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική, περίοδος III, ἔτος 1893 p. 35 n. 5.

Ο Σ Σ Ω Τ Ι Ω Ν Ο Σ Χ Α Ι Ρ Ε

. . . . ος Σωτίωνος χαῖρε.

IX.

ANACTORIVM.

513—515 Tabula marmorea inventa Actii (*Punta*). Ex Pouquevillii apographo ed. Boissonade inter Lucae Holstenii epistolas a se editas p. 417 sqq. (Diar. class. XVII p. 366 sqq.; *Giornale Arcadico* IV p. 61; Rose Inscr. Graec. p. 282 sq.); Pouqueville Itin. T. III p. 109; Hughes Itin. I p. 426 sqq. Qui omnes cum solum titulum integrum, qui a sinistra est (n. 513), exhibuissent, primus duos reliquos (n. 514. 515) adiecit et omnia multo accuratius exscripsit Leake ap. Walpole *Travels* p. 503 sqq. (inde Boeckh C. I. G. 1793) et *Travels in Northern Greece* IV p. 27 not. 1 tab. XXXV n. 168 (inde Lebas *Inscr.* II, 1043; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 242 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 12 n. 1380; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 262 n. 3; solum titulum n. 513 repetivit P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 118 n. 98. ed. 2 p. 171 n. 241). Tituli n. 513 exemplum anno 1810 confectum, graviter illud quidem corruptum et mutilatum aut eius, qui transscripsit, neglegentia aut editoris aut typothetae, minusculis litteris, versibus non distinctis, ed. Christophorus Philetas Νέα Πανδώρα τόμ. III (1853) φυλλ. 308, Ἰανουαρ. 15 σελ. 490. Sed nos neque huius apographi vitia neque manifestos antiquissimorum editorum errores curamus, et Leakii exemplum omnium accuratissimum repraesentare satis habemus.

[*Textum vide pag. 124.*]

513 Ἐπ' ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Φιλ[ή]μονος, | προμναμονος δὲ Ἀγήτα τοῦ Νικία Ἀλυ[ζ]είου, | συμπρομναμόνων δὲ Ναυσιμάχου τοῦ Ἀριστοκλέ|ος Ἀστακοῦ, Φιλοξένου τοῦ Ἡρακλείτου Φοιτιᾶνος, | γραμματέος δὲ τᾶ βουλᾶ Προίτου τοῦ Διοπείθεος | Ματροπολίτα, Κουροτρόπου· ἔδοξε τᾶ βουλᾶ καὶ | τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων, προξένους εἶμεν | καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων κατὰ | τὸν νόμον Ἀγασίαν Ὀλυμπίωνος Πατρῆ, Πόπλιον, | Λεύκιον τοὺς Ποπλίου Ἀκιλίους Ῥωμαί|ους, καὶ εἶμεν αὐτοῖς | καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρνανίᾳ ἀσφάλειαν καὶ αὐτοῖς | καὶ χρήμασι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ | πολέμου καὶ εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, | καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα πάντα ὅσα καὶ τοῖς | ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν | Ἀκαρνάνων ὑπάρχει.

(513)
ΕΠΙΕΡΑΠΟΛΟΥΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΑΚΤΙΩΙΦΙΛ..ΜΟΝΟΣ
ΟΣ
ΠΡΟΜΝΑΜΟΝΔΕΑΓΗΤΑΤΟΥΝΙΚΙΑΑΛΥΣΕΙΟΥ
ΣΥΜΠΡΟΜΝΑΜΟΝΩΝΔΕΝΑΥΣΙΜΑΧΟΥΤΟΥΑΡΙΣΤΟΚΛΕ
ΟΣΑΣΤΑΚΟΥΦΙΛΟΞΕΝΟΥΤΟΥΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΦΟΙΤΙΑΝΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣΔΕΤΑΙΒΟΥΛΑΙΠΡΟΙΤΟΥΤΟΥΔΙΟΠΕΙΘΕΟΣ
ΜΑΤΡΟΠΟΛΙΤΑΚΟΥΡΟΤΡΟΠΟΥΕΔΟΞΕΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙ
ΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΝΑΚΑΡΝΑΝΩΝΠΡΟΞΕΝΟΥΣΕΙΜΕΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΩΝΑΚΑΡΝΑΝΩΝΚΑΤΑ
ΤΟΝΝΟΜΟΝΑΓΑΣΙΑΝΟΛΥΜΠΙΩΝΟΣΠΑΤΡΗΠΟΠΛΙΟΝ
ΛΕΥΚΙΟΝΤΟΥΣΠΟΠΛΙΟΥΑΚΙΛΙΟΥΣΡΩΜΑΙ
ΟΥΣΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΕΝΑΚΑΡΝΑΝΙΑΙΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΥΤΟΙΣ
ΚΑΙΧΡΗΜΑΣΙΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙ
ΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΓΚΤΗΣΙΝ
ΚΑΙΤΑΑΛΛΑΤΙΜΙΑΚΑΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΠΑΝΤΑΟΣΑΚΑΙΤΟΙΣ
ΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΩΝ
ΑΚΑΡΝΑΝΩΝΥΠΑΡΧΕΙ

(514)
ΕΠΙΣΤΡΑ
ΩΝΟΣΟΙΝ
ΧΟΥΤΟΥ
ΕΔΟΞΕΤΑ
ΝΟΥΣΕ
ΝΑΝΩΝ
ΠΑΥΣΑΝ
ΕΝΑΚΑΡ
ΚΑΙΚΑΤ
ΕΙΡΑΝΑΣ
ΜΙΑΚΑΙΦ
ΝΟΙΣΚΑ
ΝΑΝΩ

(515)
ΕΠΙΕΡΑΠΟΛ
ΝΟΣΔΕ
ΝΑΥΣΙΜ
ΡΑΚΛΕΙΤΟ
ΛΙΟΠΕΙ
ΙΚΟΙΝΩΙΤ
ΝΟΥΤ
ΕΜΜΕ
ΛΕΟΝΤΙ
ΑΙΑΣΦ
ΘΑΛΑ
ΚΤΗΣΙ
ΛΟΙΣΓ
ΥΠΑΡ

514 Ἐπὶ στρα[ταγοῦ τῶν Ἀκαρνάνων Γάστρου τοῦ Ἄνδρ]|ωνος Οἰν[ιάδα, προμνάμονος δὲ Ναυσιμά]|χου τοῦ [Ἀριστοκλέος Ἀστακοῦ, μηνὸς ....], | ἔδοξε τᾶ[ι βουλᾶ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων, προξέ]|νους ε[ἶμεν καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρ]|νάνων [κατὰ τὸν νόμον ....], | Παυσαν[ίαν ...., καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις] | ἐν Ἀκαρ[νανίᾳ ἀσφάλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι] | καὶ κατ[ὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ] | εἰράνας [καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, καὶ τὰ ἄλλα τί]|μια καὶ φ[ιλάνθρωπα πάντα, ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξέ]|νοις κα[ὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρ]|νάνων ὑπάρχει.

515 Ἐπ' ἱεραπόλ[ου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Φιλήμονος, προμνάμο]|νος δὲ [Ἀγήτα τοῦ Νικία Ἀλυζείου, συμπρομναμόνων δὲ] | Ναυσιμ[άχου τοῦ Ἀριστοκλέος Ἀστακοῦ, Φιλοξένου τοῦ Ἡ]|ρακλείτο[υ Φοιτιᾶνος, γραμματέος δὲ τᾷ βουλᾷ Προίτου τοῦ] | [Δ]ιοπεί[θεος Ματροπολίτα, μηνὸς ...., ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ]|ι κοινῷ τ[ῶν Ἀκαρνάνων, προξένους εἶμεν καὶ εὐεργέτας τοῦ κοι]|νοῦ τ[ῶν Ἀκαρνάνων κατὰ τὸν νόμον ....], Ἐμμε[νίδαν ...., ...] | Λεοντί[νους, καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρνανί]|ᾳ ἀσφ[άλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ] | θάλα[σσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγ]|κτησι[ν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα πάντα, ὅσα καὶ τοῖς ἄλ]|λοις π[ροξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων] | ὑπάρ[χει].

Non modo quae in eodem lapide sunt hospitii publici decreta perexiguo aetatis intervallo inter se distare, sed ne inter duos lapides quidem inscriptos multos annos elapsos esse nomina hominum hic illic recurrentia produnt (cf. n. 513, 1—6. 514, 2. 3. 515, 3. 4. 5. 517, 1). Atque inter omnia aetatis vestigia, quae Oberhummerus diligenter et acute exploravit, omnium certissimum est, quod Oeniadarum civitas hic foederis Acarnanum particeps est (n. 514, 2. 517, 1). Quae cum in Aetolorum potestate fuerit ab anno 330 usque ad a. 189 a. Chr., ante illud quidem tempus haec non incisa esse luce clarius est; restat ut hoc anno recentiores titulos esse statuamus. Difficilius est ab altera parte originem eorum certis temporum terminis circumscribere; sed utique anno 146 a. Chr. priora habenda sunt, praecipue propter antiquum morem Romanos homines significandi, qui in titulo n. 513, 9. 10 observatur; nam neque omissum Graeco more υἱούς, neque additum Ῥωμαίους recentiori consuetudini accommodatum est (cf. Hermae XVI p. 140). Utrum ante bellum Persei hae inscriptiones exaratae essent, an post, ambigebat Oberhummerus. Sed illa quidem opinio una legatione in Macedoniam missa (n. 516, 7) nititur. Atqui cur Acarnanes non potuerint ad aliquam ex illis quattuor civitatibus, in quas Macedonia anno 167 a. Chr. divisa est, legatos mittere non video; gravius cuipiam videatur, quod Foucartus ad titulum sylloges Lebasianae n. 194*d* (v. infra) adnotavit, dativum τοῖ κοινοῖ inveniri in decreto Acarnanum, quod legatorum ad Philippum regem missum mentionem faceret. Id enim manifesto spectat ad n. 516, 9; itaque cum in editis huius tituli exemplaribus Philippi nomen non occurrat, Foucartum apographum non Lebasiano modo sed etiam illo, quod Philetas edidit, plenius habuisse collegit Oberhummer. Iniuria si quid video; namque sententiarum tenorem et versuum ambitum exemplis Lebasii et Philetae inter se collatis tam accurate explorata habemus, ut confidenter negemus Philippi nomen illic unquam scriptum fuisse. Immo Macedonicam legationem propter eam, quam sibi informaverat de plebisciti aetate sententiam mera coniectura ad Philippum potissimum regem rettulisse videtur Foucartus. Ut igitur ratio, quae ad tempora anno 167 a. Chr. priora deducere videbatur, accuratius examinata evertitur, sic inconcussa manet, quam idem Oberhummerus proposuit, ut illo anno recentiora decreta demonstraret. Nempe post Persei bellum ex Acarnanum foedere iussu Romanorum dimissi sunt Leucadii (cf. Liv. XLV, 31, 12); atqui neque in ullo ex his quinque decretis neque in sexto, quod Spartae inventum ideoque in hanc collectionem non receptum est, sed manifesto illis tempore suppar (Lebas-Foucart II, 194*d*; Fick ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 12 n. 1379; Dittenberger Sylloge 321; Oberhummer *Akarnanien* p. 261 n. 2) inter summos foederis Acarnanici magistratus civis Leucadius comparet, id quod in illius oppidi magnitudine et opibus plane incredibile esset, nisi tum iam exemptum fuisset Acarnanum concilio. Itaque annorum 167—146 a. Chr. terminis haec omnia decreta contineri videntur.

Supplementa priorum editorum sunt praeter n. 514, 3, ubi Nausimachi Aristoclis f. Astaceni nomen ex n. 513, 3. 515, 3 reposui.

516. 517 Lapis inventus Actii (*Punta*). Edd. ex Colnaghii apographo a Newtono misso W. Henzen *Bullettino dell' Instituto arch. Rom.* 1860 p. 141 n. 1. 2; plenius et accuratius Lebas *Inscr.* II, 1041. 1042. Postea ex apographo iam anno 1810 facto, quum etiamtum multo maior lapidis pars exstabat, ineditum existimans titulum minusculis litteris non sine gravibus erroribus edidit Christophorus Philetas Νέα Πανδώρα τόμ. III (1863) φυλλ. 308, Ἰανουαρίου 15, σελ. 490 sqq. (E. Oberhummer *Akarnanien* p. 265 n. 4. p. 268 n. 5 cum addendis p. 300). Necessario utrumque exemplum separatim repetimus.

Lebasii exemplum:

a

(516)
ΥΔΕΙΝΟΜΑΧΟΥΜΑΤΡΟΠΟΛΙΤΑΜΗΝΟΣΒΟ
ΠΕΙΔΗΔΙΟΓΕΝΗΣΔΙΟΓΕΝΟΥΣΠΕΡΓΑΜΗ
ΑΜΙΑΝΚΑΙΑΝΑΣΤΡΟΦΑΝΕΠΟΗΣΑΤΟΑΞΙ
ΥΜΑΤΙΑΝΕΣΤΡΑΦΗΚΑΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣ
ΕΚΑΙΕΠΙΞΕΝΑΣΕΜΜΑΚΕΔΟΝΙΑΙΤΟΙΣΑΠΟΣ
ΕΙΣΑΡΡΩΣΤΙΑΝΕΜΠΕΣΟΥΣΙΝΑΝΕΥΜΙΣΘ
ΑΜΩΝΕΥΝΟΙΑΣ ΟΘΕΝΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑ
ΝΟΥΣΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝΕΠΙΤΕΤΑΙΚΑΤΑ
ΙΗΤΑΙΚΑΛΩΣΚΑΙΕΥΣΧΗΜΟΝΩΣΠΡΟΞ
ΤΟΜΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΩΝΑΚ
ΑΝΚΑΙΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΠΟΛΕΜ
ΩΠΑΠΑΝΤΑΟΣΑΚΑΙΤΟΙΣ ΠΡΟΞΓ

b

\ΑΙΚΑΙΤΟΙΚΟΙΝΟΙΤΩΝΑΚΑΡΝΑ
ΤΑΔΕΥΜΑΦΙΛΟΠΟΝΙΑΙΚΑΙΤΕ
ΕΕΙΜΕΝΔΙΟΓΕΝΗΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΩΝΚΑΙΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΩΙΕΝΑ
ΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΝ
ΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΤΟΥΚΟΙΝΟΥ

(517)
ΩΙΑΚΤΙΩΙΓΑΣΤΡΟΥΤΟΥΑΝΔΡΩΝΟΣ
ΥΘΡΑΣΩΝΟΣΑ Υ ΖΕΙΟΥΓΡΑ
ΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΝΑΚ ΝΑΝΩΝΠΡΟΞ
ΓΕΝΗΠΑΣΙΩΝΟΣΚΟΡΚΥΡΑΙΟΝΚΑΙΑΥΤΟ
ΑΛΕΙΑΓΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕ
ΠΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΤΩΝΑΚΑΡΝΑΝΩΝΥΠΑ

ΔΑΠΡΟΜΝΑΜ ΔΕ
ΤΕΟΣΔΕΒΟΥΛΑΣΝΙΚΙΑ
ΜΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΩΝΑΚΑΡ
ΓΟΝΟΥΣΚΑΙΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΩΙΚΑ
ΚΑΙΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΝΚΤΗΣΙΝ

Philetae exemplum:

516 [ἐπὶ Ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ .... προ]μνάμονος δὲ Εὐρυλόχου τοῦ Ἀγησάρχου Ἀστακηνοῦ, [συμπρομναμόνων δὲ ... Ἀν]ακτορέως Φίλωνος τοῦ Ἄρκου Μεδιωνίου, Ἐπαμίωνος .... [γραμματέως δὲ τ]ᾶς Βουλᾶς Δείνωνος τοῦ Δεινομάχου Ματροπολίτα, [ἔλεξε] Ζηνόκουρος Ὑνάρκου Μεδιώνιος, ἐπειδὴ Διογένης Διογένους Περγαμηνὸς ἐνδαμήσας εἰς τὰς πόλ[εις τᾶς Ἀκαρνανίας εὐεργέτησεν] Ἀκαρνάνας τάντε ἐνδαμίαν καὶ ἀναστροφὴν ἐποιήσατο ἀξίως μὲν αὐτὸς αὐτοῦ, ἀξίως δὲ τᾶς [αὐτοῦ] πατρίδος ἔν τε τῷ ἐπιταδεύματι ἀνεστράφη καλῶς καὶ δικαίως, εἰς πάντα αὐτὸς αὐτὸν ἐπι[δι]δοὺς ἀπροφασίστως, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ξένης [ἐν] Μακεδονίᾳ τοῖς ἀποσταλεῖσι πρεσβευταῖς ὑπὸ τῶν Ἀκαρνάνων παροῖς [*sic*], καὶ προσανέθετο τὰς χρείας, τοῖς εἰς ἀρρωστίαν ἐμπεσοῦσιν ἄνευ μισθοῦ δοκιμασίαν ποιούμενος .... αὐτὸς αὐ[τὸν ....

517 Ἐπὶ Ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Ζάστρου τοῦ Ἄνδρωνος Οἰνιάδα, Προμνάμονος δὲ τῶν Ἀκαρνάνων Φιλησίου τοῦ Θράσωνος Ἀλυζείου, Γραμματέως δὲ Βουλᾶς Νικία τοῦ Βαθύου Κορονταίου, ἔδοξε τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τῶν Ἀκαρνάνων τὸν πάντα χρόνον Ἐπιγένη Πασίωνος Κορκυραῖον, καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους, καὶ ὑπάρχειν αὐτῷ καὶ ἀτέλειαν καὶ ἐντέλειαν, καὶ ἀσφάλειαν, καὶ ἀσυλίαν, καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, [καὶ γᾶς ἔγ]κτησιν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια, ὅσα καὶ τοῖς λοιποῖς προξένοις τῶν Ἀκαρνάνων ὑπάρχει.

Repraesentavi editoris Graeci exemplum religiose servatis vel minimis rebus, accentibus, litterarum maiuscularum usu inconstanti, supplementis, verborum divisione. Etiam illud '*sic*', quod n. 516 vs. 8 interpositum est, Philetae debetur. Versuum divisionem ille non indicavit, ita ut de ea ex Lebasii modo exemplo coniectura fieri possit.

Ex his duobus exemplaribus plebiscita honoraria sic videntur refingenda esse:

516 [Ἐπὶ ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ ...., προ]μνάμονος δὲ Εὐρυλόχου τοῦ Ἀγησάρχου Ἀστακηνοῦ, | [συμπρομναμόνων δὲ .... Ἀν]ακτορ[ι]έ[ο]ς, Φίλωνος τοῦ Ἄρκου Μεδιωνίου, Ἐπαμίωνος [................., γραμ|ματέος δὲ τ]ᾶς βουλᾶς Δείνωνος τοῦ Δεινομάχου Ματροπολίτα, [ἔλεξε] Ζηνόκουρος(?) | [Σ]υνάρ[χ]ου Μεδιώνιος· ἐπειδὴ Διογένης Διογένους Περγαμηνὸς ἐνδαμήσας εἰς τὰς πό|λεις τᾶς Ἀκαρνανίας ⟨εὐεργέτησεν Ἀκαρνᾶνας⟩ τάν τε ἐνδαμίαν καὶ ἀναστροφὰν ἐποήσατο ἀξίως μὲν αὐτοσαυτοῦ, ἀξίως | δὲ τᾶς ⟨αὐτοῦ⟩ πατρίδος, ἔν τε τῷ ἐπιταδεύματι ἀνεστράφη καλῶς καὶ δικαίως, εἰς πάντα αὐτοσαυτὸν ἐπι[δι]|δοὺς ἀπροφασίστως, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ξένας ἐμ Μακεδονίᾳ τοῖς ἀποσταλεῖσι πρεσβευταῖς ⟨ὑπὸ τῶν Ἀκαρνάνων⟩ παρ[ῆ]ς καὶ | προσανέθετο τὰς χρείας τοῖς εἰς ἀρρωστίαν ἐμπεσοῦσιν ἄνευ μισθοῦ, δοκιμασίαν ποιούμενος [τᾶς] αὐτοσαυτ[οῦ ποτὶ τὸ ἔθνος] | ἁμῶν εὐνοίας· ὅθεν δεδόχθαι τᾶ[ι βου]λᾷ καὶ τοῖ κοινοῖ τῶν Ἀκαρνά|[νων, ἐπαινέσαι Διογένη Διογέ]νους Περγαμηνὸν ἐπί τε τᾷ κατὰ [τὸ ἐπι]τάδευμα φιλοπονίᾳ καὶ τέ|[χνᾳ καὶ τᾷ ἀναστροφᾷ ἂν πεπο]ίηται καλῶς καὶ εὐσχημόνως· πρόξ[ενον δ]ὲ εἶμεν Διογένη Διογένους | [Περγαμηνὸν καὶ εὐεργέταν] τὸμ πάντα χρόνον τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκ[αρνάν]ων, καὶ ὑπάρχειν αὐτῷ ἐν Ἀ|[καρνανίᾳ ἀτέλειαν καὶ ἐντέλει]αν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμ[ου καὶ] εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔν|[κτησιν καὶ τὰ ἄλλα φιλάνθρ]ωπα πάντα, ὅσα καὶ τοῖς [λοιποῖς] προξέ[νοις κ]αὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ | [τῶν Ἀκαρνάνων ὑπάρχει].

517 Ἐπὶ ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Γάστρου τοῦ Ἄνδρωνος Οἰνιάδα, προμνάμονος δὲ | τῶν Ἀκαρνάνων Φιλησίου τοῦ Θράσωνος Ἀλυζείου, γραμματέ[ο]ς δὲ βουλᾶς Νικία | τοῦ Βαθύου Κορονταίου, ἔδοξε τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων, πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τῶν Ἀκαρ|νάνων τὸν πάντα χρόνον Ἐπιγένη Πασίωνος Κορκυραῖον καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους, καὶ ὑπάρχειν αὐτῷ καὶ ἀ|τέλειαν καὶ ἐντέλειαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, | καὶ τὰ ἄλλα τίμια, ὅσα καὶ τοῖς λοιποῖς προξένοις τῶν Ἀκαρνάνων ὑπάρχει.

De aetate cf. quae disputavi ad n. 513. Restituendi negotium apographorum discrepantia graviter impeditur, ex quibus Lebasianum perquam accuratum est, sed mutilum, Philetae vero exemplum multo plenius praeter tituli n. 516 vs. 9—14 qui ab illo nescio quo pacto omissi unius Lebasii fide nituntur, sed singulari neglegentia confectum. Quo nomine primum vituperandum est, quod versuum divisionem indicare supersedit; verum noli putare, eam in tenore tituli a nobis restituto plane arbitrariam esse. Immo fragmentum Lebasianum *b* ipsum dextrum lapidis marginem habere facile probatur, siquidem n. 517, 1 a sinistra viginti quattuor litteras intercidisse certissimum est. Iam si tot fere litteras retro numeraveris in Philetae exemplari ab eis, quae nunc apud Lebasium sunt initia versuum n. 517, 2—6, aut si eandem numerandi rationem certis ac necessariis versuum n. 516, 9—14 supplementis adhibueris, ubique in ipsos fines versuum in fragmento *b* servatorum incides. Paullo incertior est ratio in versibus n. 516, 3—8, quorum apud Lebasium non exstat nisi fragmentum *a* utrimque mutilum; sed hic quoque integri quondam versus initium quattuor et viginti fere litterarum spatio distare ab eo loco, a quo apud Lebasium versus incipit, consentaneum est. Primorum duorum versuum distinctio sane nullam habet fidem. Litterarum per singulos versus numerus fluctuat inter 64 et 82, quia scriptura satis inaequalis est; confer quaeso tituli alterius (n. 517) vs. 1—3 cum 4—6 in Lebasii editione. Verum enimvero quod in titulo n. 516 nonnulli versus secundum rationem quam modo exposui divisi illum numerum longe excedunt, ad interpolationem audacissimam referendum est. Qua in re vs. 7 quidem ὑπὸ τῶν Ἀκαρνάνων et omitti et addi licuit aequo iure; sed omisso versus litterarum est octoginta unius, addito nonaginta sex. Versu sexto αὑτοῦ cum usu tituli, qui praeterea unum pronomen reciprocum αὐτοσαυτοῦ (vs. 5. 6. 8) novit, pugnare manifestum est; quod si reponas, nonaginta quinque litterae erunt, illo omisso paullo plus quam octoginta. Denique versu quinto vocabula εὐεργέτησαν Ἀκαρνᾶνας structuram planissimam et huiusmodi instrumentorum usui accommodatissimam tam importune turbant, ut de eorum fide dubitari deberet vel si non accederet alterum argumentum ex numero litterarum repetitum, quas versus cum illo additamento habet nonaginta quattuor, sine eo septuaginta quattuor. Neque vero interpolavit modo, quisquis anno 1810 titulum exscripsit, sed etiam corrupit neglegentia; quod quoniam vs. 517, 1 Ζάστρου perperam pro Γάστρου lectum esse Lebasii exemplum arguit, apparet in partibus quae solius Philetae fide traditae sunt, nominum propriorum formas inauditas in gravissimam corruptelae suspicionem incurrere. Quare nullus dubito, quin Ὑνάρκου n. 516, 4 nomen nihili sit; num recte [Σ]υνάρ[χ]ου reposuerim, sane dubium est. Ac ne Ζηνόκουρος quidem offensione caret, ut nesciam an Ζηνόδωρος potius nomen notissimum in lapide fuerit. Quod contra Ἐπαμίωνος (n. 516, 2) genetivus non est quod reprehendatur, dummodo non cum Phileta hoc idem nomen esse statuamus atque Ἐπαμεινονος, sed hypocoristicum inde derivatum. Longe gravissimas difficultates habent tituli n. 516 versus septimus et octavus. Ex quibus hunc quidem, quem nemo dum attigerat, certa ratione restitui; ille vero perspicuus est praeter mirum illud παροῖς. In eo quod Oberhummerus latere putat παρ᾽ οἷς, id ut facilitate mutationis arridet maxime, ita structuram enuntiati pervertit; unde enim hoc recepto pendebit dativus τοῖς ἀποσταλεῖσι πρεσβευταῖς? Quod contra Philetae emendatio παρέστη sententiae et structurae aptissima est, sed eadem violentissima. Quare ausus sum imperfectum Doricum παρ[ῆ]ς restituere; eam formam etiam Acarnanibus usitatam fuisse docet n. 442, 9. Sane ille titulus quarti a. Chr. n. saeculi est, hic alterius, quo talia conservata esse sane mireris. Error ex itacismo ei qui transscripsit familiari natus est, neque huic opinioni obstat illud *sic* non ab apographi auctore sed a Phileta, qui edidit, adiectum.

---

518 Anactorio tribuit Lebas, qui edidit *Inscr.* II, 1048 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 82 n. 3180; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 271 n. 10).

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΕΠΙΠΡΥΤΑΝΙΟΣΠΛ..
ΑΡΧΟΥΤΟΥΦΙΛΙΝΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕ
..ΤΟΣΑΛΙΑΣΑΓΑΝΟΡΟΣΤΟΥΑΛΓΙΣΚΟΥ
. ΛΟΥΤΟΥΑΝΔΡΟ

Ἀγαθᾷ τύχᾳ· ἐπὶ πρυτάνιος Πλ..|άρχου τοῦ Φιλίνου, γραμματε[ύ]ον]τος ἁλίας Ἀγάνορος τοῦ Ἀλγίσκου, | ....λου τοῦ Ἀνδρο...

Etsi unius Lebasii testimonium de origine tenemus, quem in hoc genere non semel errasse constat (cf. adn. ad n. 364. 484), tamen cur hunc potissimum titulum ad Thyrrheorum civitatem referre maluerit Oberhummer non perspicio.

---

519 Actii. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1044.

ΠΑΣΑΣ
ΚΛΕΟΥΣΕΡΓΟΝ
ΥΟΛΒΟΥΦΕΡΤ

– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ πάσας,
[Εὐρυ]κλέους ἔργον | [πολ]υόλβου φέρτ[α|τον ἀνδρός].

Carmen hexametris heroicis compositum fuisse apparet; vs. 2 init. etiam aliud nomen choriambicae mensurae in -κλέους cadens fuisse potest.

---

520 Actii. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1045.

ΟΙΠΑΡ
ΟΝΕΙΣ
ΜΑΧΟΙ
ΤΟΝΠΡ
ΣΤΑΘΕ
ΑΡΕΤΑ

Οἱ παρ.........|ονεῖς [..... καὶ σύμ]|μαχοι .... | τὸν πρ[..
...... κατα]σταθέ[ντα ....] | ἀρετᾶ[ς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας].

---


521 Titulus incerto Acarnaniae septentrionalis loco inventus, ab iuvene quodam, cui apographum transmissum erat, communicatus cum Rossio, qui edidit *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* a. 1840 p. 28 (inde Welcker Nov. Mus. Rhen. (1840) p. 28; Boeckh C. I. G. 1794*h*; Lebas *Inscr.* II, 1056; Roehl I. G. A. p. 76 n. 329; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 118 n. 97, ed. 2 p. 57 n. 91; G. Kaibel Epigr. Graec. 182; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 131 n. 106; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 80 n. 3175; E. Cougny Anth. Pal. III p. 96 n. 20; E. Hoffmann Sylloge Epigr. Graec. p. 35 n. 51).

ΠΡΟΚΛΒΙΔΑΣΙΟΛΒΣΑΛΛΑΚΒΚΛ
ΒΣΒΙΑΙΒΝCVΣΟΔΟΙΟ
Θ◇ΣΓΒRΙΤΑΣΑ∇ΤΟCΑΣ
⊕ΑΝΒΜΑΒΝΑΜΒΝΟΣ

Προκλείδας [τ]όδε σᾶμα κεκλ|ήσε[τ]αι ἐγγὺς ὁδοῖο,
ὃς περὶ τᾶς αὑτῶ γᾶς | θάνε βα[ρ]νάμενος.

Versu primo homines docti cum iure mirarentur formam Προκλεῖδας, variis rationibus hanc difficultatem expedire conati sunt, cum Boeckhius quidem genetivum Προκλεῖδα reponeret improbabiliter, K. Keilius vero (*Arch. Zeitg.* 1849 n. 594) et Kaibelius nominativum recte se habere defenderent allatis testimoniis Plutarchi Alcib. 24: ὧν γὰρ ἐκέκτητο (Τισσαφέρνης) παραδείσων τὸν κάλλιστον καὶ ὑδάτων καὶ λειμώνων ὑγιεινῶν ἕνεκεν καὶ διατριβὰς ἔχοντα καὶ καταφυγὰς ἠσκημένας βασιλικῶς καὶ περιττῶς Ἀλκιβιάδην καλεῖν ἔθετο· καὶ πάντες οὕτω καλοῦντες καὶ προσαγορεύοντες διετέλουν et tituli C. I. G. 2058 (Syll. I. G. 248) vs. 101: ἕως οὗ ὁ ἥρως ὁ Σωσίας. Sed hic quidem cum statua herois manifesto significetur, nihil est insoliti, illic vero Persicum, non Graecum morem tangi apparet. Quare nominativo hic locum esse nego; genetivum huius declinationis vero apud Corinthios eorumque colonos aliquando in -ας exiisse F. Bechtelius collegit ex vocibus τοῦ Φάγας et τοῦ Ἀραίας in arbitrio Megarensium de Epidauriorum et Corinthiorum finibus (Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 16 n. 3025, 19 sqq.). Sane illic mira cernitur inconstantia siquidem in proxima illorum locorum vicinia (vs. 13—16) quater legitur τοῦ Κορνιάτα et vs. 20. 21 adeo alternant τᾶς Αἰγιπύρας et τοῦ Αἰγιπύρας; sed nescio an haec confusio generis masculini et feminini ex ipsa terminationis aequalitate nata sit. Quo accedit quod etiam in aliis titulis Aetolicis et Acarnanicis eiusdem formae vestigia occurrunt, certissima quidem n. 484, 4, paullo incertiora n. 423, 2. 456, 3. Genetivus in -ας a femininis ad masculina permanavit, ut apud Tegeatas vice versa genetivus in -αυ a masculinis in feminina translatus est.

522 In oppidi *Vonitza* ea parte, quae vocatur *Bokáli.* Ed. Leake *Travels in Northern Greece* IV tab. XXXIV n. 166 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1794*g*; Lebas *Inscr.* II, 1049; Roehl I. G. A. p. 76 n. 330; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 132 n. 107; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 81 n. 3176; E. Hoffmann Sylloge Epigr. Graec. p. 35 n. 50).



Roehlius versum hexametrum fuisse opinatur hunc fere in modum conformatum:

[Πόντος – ⏑ ἀπ]ώλλυ', ὃς Ἀμ[πρακίαν ποτ' ἔναιεν].

Non absurde quidem, etsi etiam alia excogitari possunt. Nominum reliquias, veluti .... όλλυος Ἀμι[άντου] has esse sane veri simile non est. A. Fickio vero (*Göttinger Gel. Anzeigen* 1883 p. 124) hexametri initium Ὦλλυο Σαμι[άδα] agnoscenti iure obloquitur Hoffmannus monens titulum a sinistra mutilum esse.

---

523 In loco Ἀϊλιάς sito prope *Vonitza.* Edd. Meletius Geogr. p. 322; ex schedis Apostoli Zeni Montfaucon Diar. Ital. p. 425 (cf. p. 431), qui Corcyrae tribuit (inde Muratori T. I p. XXI; Bonada T. I p. 97; Donatus p. 35, 6; Brunck Anal. T. III p. 188; Iacobs Anth. Pal. T. II p. 868; Boeckh C. I. G. 1794*a*; Lebas *Inscr.* II, 1046*a*; G. Kaibel Epigr. Graec. 830; E. Cougny Anth. Pal. T. III p. 39 n. 255; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 244 n. 1*a* et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1385).

Μ Α Χ Α Τ Α Σ Π Ο Η Σ Ε
Τ Ο Ν Δ Ι Ο Σ Α Λ Κ Μ Η Ν Η Σ Τ Ε Γ Ο Ν Ο Ν Τ Ι Μ Α Ι Σ Ι Ν Α Ε Ξ Ω Ν
Υ Ι Ο Σ Λ Α Σ Θ Ε Ν Ε Ο Σ Σ Τ Η Σ Ε Ν Α Γ Α Λ Μ Α Τ Ο Δ Ε
Μ Ν Η Μ Η Ν Α Θ Α Ν Α Τ Ο Ν Σ Ω Ζ Ω Ν Π Α Τ Ρ Ο Σ Τ Ε Κ Α Ι Α Υ Τ Ο Υ
Λ Α Φ Α Ν Ε Ο Σ Κ Λ Ε Ι Ν Ω Λ Ο Ξ Ι Ο Υ Ε Ν Τ Ε Μ Ε Ν Ε Ι

Μαχάτας (ἐ)πόησε.
Τὸν Διὸς Ἀλκμήνης τε γόνον τιμαῖσιν ἀέξων
υἱὸς Λασθένεος στῆσεν ἄγαλμα τόδε,
μνήμην ἀθάνατον σώζων πατρός τε καὶ αὐτοῦ
Λαφάνεος κλεινῷ Λοξίου ἐν τεμένει.

---

524 Titulo n. 523 annexos hos duos versus exhibet Montfaucon et omnes qui ex eo illum titulum expresserunt, veluti Boeckh C. I. G. 1794*b*. Sed Meletius eos non habet, ut appareat a Montfaucone duorum monumentorum ab eodem homine dedicatorum titulos in unum confusos esse (Lebas *Inscr.* II, 1046*b*; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 1*b* et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1385*b*).

Ω Φ Α Ν Η Σ Λ Α Σ Θ Ε Ν Ε Ο Σ Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε Μ Α Χ Α Τ Α Σ Ε Π Ο Η Σ Ε

[Λα]φάνης Λασθένεος Ἀσκλαπιῷ | ἀνέθηκε.
Μαχάτας ἐπόησε.

Vs. 1 emendavit Boeckhius, iniuria si quid video vituperatus a Kaibelio, qui [Λε]ωφάνης supplere mavult. At mira est inconstantia in patris et filii nominibus ab eadem stirpe repetitis, et in altero eiusdem hominis titulo n. 523, 5 item Λαφάνεος scribitur.

525 Lapis sepulcralis, inventus inter rudera Anactorii et delatus in oppidum *Vonitza.* Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 70.

. Α Ι Ρ Ι Π Π Α
. Ι Ν Ι Χ Ο Υ
. Α Κ Υ Ν Θ Ι Α

[Χ]αιρίππα | [Ο]ἰνίχου | [Ζ]ακυνθία.

---

526 In colle saxoso praerupto, qui vocatur ἅγιος Ἠλίας, prope promunturium *Gelada* situm orientem versus ab oppido *Vonitza.* Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 491 n. 71 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 3 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1387).

Κ Α Λ Λ Α Ι Σ Χ Ρ Ο Υ

Καλλαίσχρου.

527 In domo privata sita in ea parte oppidi *Vonitza*, quae vocatur *Bokáli*. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* IV tab. XXXIV n. 167 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 983 n. 1794*f*; Lebas *Inscr.* II, 1050; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 4 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 15 n. 1388).

Σ Τ Ι Λ Π Α Σ

Στίλπας.

528 Prope oppidum *Vonitza* in loco, qui vocatur ἅγιος Βασίλειος, vidit Meletius qui edidit Geogr. p. 322. Inter titulos Corcyraeos habet Montfaucon Diar. Ital. p. 425 (Muratori T. III p. MCDLXXIX, 10; Boeckh C. I. G. 1794*c*; Lebas *Inscr.* II, 1051; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 245 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 14 n. 1386).

Τ Ε Λ Λ Ι Α Σ Π Υ Θ Ι Ω Ν Ο Σ

Τελλίας Πυθίωνος.

529 Prope oppidum *Vonitza* in loco, qui vocatur ἅγιος Βασίλειος, vidit Meletius qui edidit Geogr. p. 322. Ut Corcyraeum exhibet Montfaucon Diar. Ital. p. 424 (Muratori T. III p. MDCLVI, 4; Boeckh C. I. G. 1794*d*; Lebas *Inscr.* II, 1053).

Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Τ Ο C Τ Υ Α Ν Ε Υ C Ε Τ Ω Ν Ο Χ Α Ι Ρ Ε

Ἡράκλειτος Τυανεὺς ἐτῶν ο' χαῖρε.

530 Anactorio tribuit Lebas, qui edidit *Inscr.* II, 1052.

Σ Ω Τ Ι Ω Ν Χ Α Ι Ρ Ε

Σωτίων χαῖρε.

X.
AMPHILOCHIA.

531. 532 'In moenibus utrimque a porta quadam oppidi, quod Argos Amphilochicum visum, in finibus Epiri, ab ostiis Acheloi miliaria IX distans, loco qui tum Gerovilia dictus, ponit Cyriacus p. V n. 40. In eodem oppido (Argis) »iuxta Acheloum fluvium, quem incolae Ierovíliam vocant, in lapidibus moenium« ponit Iulianus Giambertus, cuius schedae, quarum apographum ex Villoisonianis habemus, fluxerunt e Cyriaco. Ex schedis Cyriaci utrumque titulum dedit Muratori T. III p. MDCLIV et titulum *b* (n. 532) insuper ex suis p. MDCXXX, 8. Ceterum Achelous hodie dicitur Aspropotamo, non Ierovilia; neque ad Acheloum est Argos Amphilochiorum. *Aeniae* has inscriptiones recte tribuit Krusius Hellad. T. II P. II p. 343' Boeckh C. I. G. 1795*a b* (Lebas *Inscr.* II, 1055*a b*; A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 247 n. 2 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 17 n. 1406).

(531)

Κ Ε Φ Α Λ Ο Σ
Π Ρ Α Υ Χ Ο Υ

(532)

Α Ν Δ Ρ Ο Ν Ι Κ Ο Σ
Τ Ε Λ Ω Ν Ο Σ
Χ Α Ι Ρ Ε

531 Κέφαλος | Πραύχου.
532 Ἀνδρόνικος | Τέλωνος | χαῖρε.

De horum titulorum origine admodum lubricum est iudicium, quia confusa et inter se pugnantia narrat Cyriacus. Nam quod prope ostium Acheloi inventos dicit lapides, id ad Oeniadarum oppidum spectare videtur; quare huic vindicavit Fickius. Neque vero in finibus Epiri hoc est neque quisquam illic situm opinari poterat Argos Amphilochicum, cui urbi Cyriacus hos cippos vindicat; quare Amphilochorum genti tribuere maluit Oberhummer in indice nominum (*Akarnanien* p. 307*a*. 316*a*. 325*a*. 328*a*). Sed utra ex his sententiis praeferenda sit, ut diiudicari possit tantum abest, ut haud absurde tertiam aeque probabilem eis adiungas. Etenim *Gerovilia* aut *Ierovilia* locus in Acarnania quantum scimus nullus est; quod Boeckhius monuit, Acheloum non sic hodie vocari, sed *Aspropotamo*, id sane nullius momenti est; nam ad ipsum fluminis nomen *Ierovilia* non relatum est nisi Giamberti, qui sua Cyriaco debet, neglegentia et festinatione; ipse Cyriacus definite locum, ubi lapides inventi sint, non fluvium eo nomine designat. Quod si corruptelam aliquam — neque enim exemplum ipsius Cyriaci manu scriptum exstat — latere coniicias in nomine inaudito, haud inepte *Surovigli* vicum in loco veteris Stratiorum oppidi situm indicari existimaveris.

533 In vico *Therikisi*. Ed. L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 490 n. 60 (A. Fick ap. Bezzenberger *Beiträge* VII p. 249 n. 1 et ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 24 n. 1422).

Ξ Ε Ν Ο Λ Α Ε
Χ . Ι Ρ Ε

Ξενόλαε | χ[α]ῖρε.


PARS SEXTA.

INSCRIPTIONES INSVLARVM MARIS IONII.

I.

LEVCAS.

534 Tabula lapidea, a. 0,26, l. 0,65. Infra titulum spatium fere 0,05 scriptura vacat, a dextra et a sinistra margo excavatus. Superior pars et angulus sinister superior laesus, reliqua integra. Veronae in museo lapidario n. 52. Maximam partem tituli (vs. 3—12) ed. Scipio Maffei Mus. Veron. p. XXXV (inde Boeckh C. I. G. 1846; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 175 n. II; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 98 n. 3207; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 272). Vere anni 1896 M. Fränkel lapide diligenter examinato tres primos versus exscripsit, reliqua contulit.




[......... γρά]μματα γ[εγ]ραμμένα. εἰ [δέ τί κα | ....] πάθωντι ἀφ' ὧ[ν] κα ἐπινομε[ύωντι, | ....] εἶεν [κύρι]οι τὸν πάντα χρόνον. εἰ δέ τ[ι τῶν ἐν τᾷδε τᾷ δόσει γε|γρα]μμέ[ν]ων μὴ ποιήσαι ἁ πόλις καθὼς γέγραπ[ται, τὰ | περι]όντα πάντα ἔστω Βαθύου τοῦ Ἀγησάνδρου, Σωσ[τ]ρά[τ]ου | [τ]οῦ Λαμίσκου, Διακρίτου τοῦ Σάθωνος, Δαμύλου τοῦ Δαμύ|λ[ο]υ, Πολεμάρχου τοῦ Πολεμάρχου, Ἄνδρωνος τοῦ Σωτίω|νος. στραταγός· Εὐκλείδας Διονυσίου. πρόβουλος· Εὐφρά|νωρ Ἀρχελάου. πολέμαρχος· Ἀρκίων Ἀρκίωνος. μάρτυρες· | Σώστρατος Λαμίσκου, Ἀγήμων Τελέσωνος, Ἀριστομέ|νης Λέοντος, Χάρμων Ἀρχάνδρου, Ἄνδρων Σωτίωνος, Ζεῦ|ξις Δωρίωνος. εἰσήνεγκε Σώστρατος Λαμίσκου.

Unde lapis Veronam delatus sit, non traditur; quo factum est, ut de origine tituli haud levis lis oreretur inter homines doctos; nam Boeckhius quidem inter Corcyraeos recepit fretus nominibus Agesandri, Andronis, Aristomenis, Dionysii, Euclidis, Leontis, quae et hic et in monumentis Corcyraeis de quorum origine plane constaret legerentur. Quod contra P. Gardner *Catalogue of the Greek coins of the British Museum, Thessaly to Aetolia*, 1883 p. LIV et E. Oberhummer *Akarnanien* p. 273 in nummis Leucadiorum nomina Agemonis, Aristomenis, Archelai, Bathyi, Damyli, Diacriti, Leontis, Polemarchi, Sostrati legi monuerunt; quae cum hic recurrerent, sine dubio hanc inscriptionem Leucadi vidicandam. Quos verum vidisse non tam propter maiorem nominum consentientium numerum statuendum est, quam quia illa Corcyraea Boeckhii nomina ad unum omnia tam vulgaria sunt, ut nihil probent, quum inter haec Leucadia nonnulla paullo rariora (Δαμύλος, Διάκριτος), unum vero paene singulare inveniatur, Βάθυος, quod praeter hanc tabulam et nummos Leucadios non legitur nisi in titulo Acarnanico n. 517, 2: Νικία τοῦ Βαθύου Κορονταίου. Atqui Acarnanum foederi Leucadii quidem per longinquum tempus interfuerunt, cum Corcyraeis nulla intercedat cum illa gente arctior necessitudo.

Donationis has litteras esse monuit Boeckhius; ac vs. 3—5 quidem monstrare videntur, ipsi civitati Leucadiorum donatam esse rem nescio quam certis condicionibus propositis, quas si populus in se recipere nollet aut neglegeret, donationem irritam esse et rem donatam ad priores dominos redire statuitur.

535 Tabula margine circumdata, a. 0,66, l. 0,86. Litterae altae 0,085—0,09, admodum profunde incisae. Fuit Venetiis, deinde delata est Veronam, ubi nunc exstat in museo lapidario n. 16. Ed. Scipio Maffei Mus. Veron. p. XXXVI. Aeri incisum exhibet Venturi *Guida al Museo Veronese* T. I p. 66 n. 16 tab. VIII (inde Boeckh C. I. G. 1919). Vere anni 1896 exscripsit M. Fränkel, cuius exemplum exprimimus.



Ἀπολλω|νιᾶται | οἰκοδό|μησαν.

Ex his duobus titulis (n. 535. 536) manavit Hughesi error, fuisse aliquando in insula Leucade oppidum Apolloniam nomine (cf. adn. ad n. 549). Contra quem Boeckhius monuit, Apolloniatas intellegendos esse Illyriae, Corcyraeorum colonos ideoque satis arcta necessitudine cum Leucadiis coniunctos, qui Leucade aedificium aliquod, fortasse sacellum Apollinis Leucadii exstruxissent. Quod Boeckhius de duobus aedificiis cogitare videtur, quae singula singulos titulos habuerint, id si quid video accuratis Fraenkelii et Partschii delineationibus refutatum est, ex quibus didicimus adeo convenire inter inscriptiones vel minutissimis in rebus, ut bis in diversis eiusdem aedificii partibus eadem verba incisa fuisse manifestum sit.

---

536 Tabula alta 0,67 praeter exiguam partem inferiorem, quae terrae immissa est, inscripta litteris elegantibus altis 0,095, exstans ad eum angulum parietinarum Leucadis veteris, qui spectat inter septentriones et orientem solem. Ex Graeci cuiusdam apographo prava versuum divisione ed. Hughes Itin. T. I p. 402 (inde Boeckh C. I. G. in adnotatione ad n. 1919). Accurate exscripsit Partsch et ectypum chartaceum misit.



[Ἀ]πολλ[ω ν]ιᾶται [ο]ἰκοδό[μ]ησαν.

Vide quae adnotata sunt ad n. 535.

---

537 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Decembris 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 91 n. 1).

Ἀγ[α]θοκλῆς Ἀ[γαθοκλέ]-
ος Ἡρακλεῖ Ἀλ . . . . .
ᾳ ἀνέθηκε.
Τιμόδαμος Τι[μοδάμου]
[ἐ]ποίησε Ἀμπρα[κιώτας].

Vs. 2. 3 Ἀλ[κείδ]ᾳ Stamatelos, vix recte.

---

538 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 49).

Ἥρωος Ἀλκυνιάτ[α].
Καλλὶς ἀνέθηκε.

---

539 Lapis inventus prope oppidum Leucadiorum. Ed. I. Stamatelos Νέα Πανδώρα III, φυλλ. νζ', Ἰούλιος 1852 p. 211 sqq. (E. Cougny Anth. Pal. III p. 309 n. 118); idem Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 91 n. 2; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 274 n. 15).

– ⏓⏓ – ⏓⏓ – ⏓⏓ – ⏑̆⏑ – ⏑⏑ ⏓
φρούρια καὶ σκολιὰν ἀ[τραπὸν εἰργάσατο].
ὧν ἕνεκεν Λευκὰς τὸν ἀεὶ σωτῆ[ρα πολιτᾶν]
εἰκόνι καὶ πίστει καὶ φιλίᾳ στεφανοῖ.
ὦ πόλι, γιγνώσκεις γὰρ ὅλᾳ χερὶ καὶ διανοίᾳ
τοῖς ἀγαθοῖς ὀρέγειν ἀθανάτους χάριτας.
Λευκάς.

Vs. 1 ἄ[νοδον] Stamatelos vitio metrico foedissimo, ἄ[τραπον] Cougny. Vs. 2 σωτῆ[ρα ἑαυτῆς] editores omnes contra versus leges et dialecti usum, quod emendare conatus sum.

---

540 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1886) p. 91 n. 3; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 275 n. 16).

Αὐτ. Καίσ. Ἀνδριαν . .
Ἡ πόλις Λευκάδ . .
ἀρετῆς ἕνεκεν εὐδαίμονας
καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς
τὴν πατρίδα καὶ ἐπὶ κατὰ
πάντα τρόπον πεπολιτεῦθαι.

Hadriani Imperatoris monumentum honorarium hoc esse existimat Oberhummer, neque dubium est, quin ipse Stamatelos in primo versu exscribendo hanc opinionem animo conceperit. Sed utrumque errasse vs. 3—6 luculentissime demonstrant; etenim cum alia leviora, tum vero voces τὴν πατρίδα vs. 5 et πεπολιτεῦ(σ)θαι vs. 6 indicio sunt, civis Leucadii hunc esse titulum. Quem sic fere restituendum existimo:

Αὐ[ρ](ήλιον) Κα[σ]σανδρί(δ)αν | ἡ πόλις Λευκαδ[ίων] | ἀρετῆς ἕνεκεν
(καὶ) εὐ[ν]ο[ί]ας | καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς | τὴν πατρίδα καὶ ἐπὶ (τῷ)
κατὰ | πάντα τρόπον πεπολιτεῦ(σ)θαι | [καλῶς καὶ φιλοτίμως].

Incertissimum ex his est versus tertii supplementum, siquidem εὐδαίμονας ex εὐνοίας corruptum esse non sane probabile videtur. At utique non licet lenissima medela εὐδαιμον(ί)ας reponere, quia propter felicitatem aliquem honore affici et cum titulorum Graecorum usu et cum sana ratione pugnat. Post vs. 6 nonnulla intercidisse sponte patet; namque quempiam 'omni modo' (κατὰ πάντα τρόπον) in republica versatum esse nulla est laus.

---

541 '*Inscription céramique.*' Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 2).

[Ἀγ]ελάδα.

Editor scribit εις] ελαδα, quod sensu cassum est.

---

542 '*Inscription céramique.*' Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 1).

. . . . ονυε

Editor supplet αιμ]ονυε, quod quid sibi velit non assequor. Nescio an potius [Δι]ονυ(σ)[ίου], aut aliud nomen ab eiusdem dei appellatione derivatum fuerit.

543 Lapis inventus in vineis meridiem versus ab antiquo Leucadiorum oppido, ubi fuisse videtur necropolis, translatus in vicum *Katuna*, ubi exstat in domo privata, cuius dominus est Georgius Vretos. Exemplum praeter nonnullas litterarum formas minus fideliter exceptas accuratissime confectum habet Ἰόνιος Ἀνθολογία IV p. 874 (inde Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1923*b*; G. Kaibel Epigr. Graec. 482; E. Cougny Anth. Pal. III p. 175 n. 506; E. Oberhummer *Akarnanien* p. 274 n. 13). Mendosius litteris minusculis ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (inde *Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 50). Apographum et ectypum chartaceum misit Partsch.

ΤЄΛЄCΦΟ
ΡЄΧΑΙΡЄ
ΗΝωΡΑCΥЄΧΟΥCΑΤЄΛЄCΦΟΡΟΝΚΑΙΑΠЄ
ΔΗCЄΤΗΝΖωΝΗΝЄΑΥΤΟΥΗΟΝΟCЄΣΗΡΠ
ΑΖЄΚΑΙΟΥΚΕΤΙΜΟΙΡΑΑΝЄΜЄΙΝЄωΤΑΧΙ
ΝΟΥΘΑΝΑΤΟΥΚΑΙΓΟΝЄωΝΑΤΥ
ΧωΝ

Τελεσφό|ρε χαῖρε.
Ἦν ὥρα συ(ν)έχουσα Τελεσφόρον καὶ ἀπέ|δησε
τὴν ζωνὴν ἑαυτοῦ·
ἠόνος ἐξήρπ|α[ξ]ε καὶ οὐκέτι μοῖρ' ἀνέμεινε.
ὢ ταχι|νοῦ θανάτου καὶ γονέων ἀτυ|χῶν.

Epigrammatis obscuri sententiam perspexit Kaibelius, qui Telesphorum cum tempestatis iniquitate in navigatione quadam Leucade detineretur ibique cingulo soluto caeli serenitatem opperiretur, casu quodam in mare praecipitatum periisse statuit. Post ἑαυτοῦ quod nihil spatii vacui est, id cum titulus non versibus distinctis exaratus sit, facile ad lapicidae nonnulla verba transsilientis socordiam referas; sed quia verba τὴν ζωνὴν ἑαυτοῦ ne ipsa quidem pentametri mensurae accommodata sint, praestat cum Kaibelio culpam ad ipsum poëtam referre, qui mancum versum facere voluerit aut integrum facere nequiverit.

---

544 Leucade. Ed. Lebas *Inscr.* II, 1040 et tab. VII, 13 (Roehl I. G. A. p. 78 n. 338; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 57 n. 92; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 81 n. 3178; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 131 n. 104).

ΜΙΚΥ⊕ΑΜ

Μικύθας.

Genetivus est nominis mulieris; de genetivi et nominativi in titulis sepulcralibus illarum regionum usu cf. adn. ad n. 466.

---

545 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 27).

Ἀριστοῦς.

---

546 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 5).

Ἀρνίσκου.

---

547 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 17).

[Εὐ]χαρίστας.

---

548 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 29).

[Θ]ευκλείας.

Editor primus Ο Ευκλείας, sed hoc unum nomen esse apparet.

---

549 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 10).

ΝΙΚΑΝΔΡΙΔΑ

Νικανδρίδα.

Hunc titulum cum multis aliis Colnaghius Apolloniae inventum dicit. Sed cum ex addito hodierno nomine *Santa-Maura* tum inde, quod eosdem lapides ad unum omnes Stamatelos Leucade vidit, apparet illum in eo errore de oppidi nomine versatum esse, cui ansam dederunt tituli n. 535. 536.

---

550 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 11).

Νικα(ν)δρίδα.

---

551 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 3).

Νικίππας.

---

552 Columna sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 1).

ΑΓΑΘΙΝΟ

Ἀγαθῖνο[ς].

---

553 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 16).

Ἀκανθίς.

---

554 Columella ex insula Leucade in museum Nanianum translata. Edd. Passeri Diss. II p. 32; Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 57 aeri incisum (Mus. Nan. coll. ant. n. 72; Boeckh C. I. G. 1920).

ΑΛΚΥΩΝ

Ἀλκυών.

555 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 14).

Ἀπολλόδωρο[ς].

---

556 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 4).

Ἀπολλώνι[ος].

---

557 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 7).

Ἀρισταγό[ρας].

---

558 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 26).

Ἀρίστων.

---

559 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 8).

Ἀρίστων.

---

560 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Plenius et accuratius, sed minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 25).

Colnaghi:	*Stamatelos:*
Δ Ι Ο Τ Η Μ Ο	Διότιμος.

---

561 Columna sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 24).

Κ Λ Ε Ο Σ Θ Ε Ν Η Σ

Κλεοσθένης.

---

562 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 18).

[Κ]οσμία.

---

563 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 20).

Κώβιος.

---

564 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 13).

Λυσικλῆς.

---

565 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 19).

Μελίτα.

---

566 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 22).

Νικαρέτα.

---

567 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 28).

Νικο ......

---

568 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 12).

[Π]αρμένων.

---

569 Stela sepulcralis a. 1759 ex insula Leucade in museum Nanianum translata. Edd. Passeri Diss. II p. 36; Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 212 (Mus. Nan. coll. ant. n. 86; Boeckh C. I. G. 1922).

Π Ε Ι Σ Ι Τ Ε Λ Η Σ

Πεισιτέλης.

---

570 Columella sepulcralis, Leucade in domo prope moenia oppidi. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 6. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 15).

Π Ο Λ Υ Π Ε Ι Θ Η Σ

Πολυπείθης.

---

571 Cippus sepulcralis. Leucade apud Angelum Calcani, qui illic negotia consularia regni Italici gerit, exscripsit Doublet et edidit *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 210 n. 2.

Μ Υ Ρ Τ Ι Λ Ο Σ
Φ Ι Λ Ο Ν Ι Κ Ο Υ

Μυρτίλος | Φιλονίκου.

---

572 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 6).

Νικὼ Λαΐδα.

Editor Graecus unum nomen Νικωλαιδα hoc esse vult, sed ita scriptura per ω permira videri debet.

573 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 39).

Νικόμαχος, Πολυκράτεια.

---

574 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 24).

Ἀγητοῖ.

---

575 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 23).

Γοργοῖ.

---

576 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 31).

Δικαία χαῖρε.

---


577 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 35).

Κληναγόρα χαῖρε.

Permagna similitudo huic epitaphio intercedit cum Ithacensi n. 671. Quod illic per duos versus haec disposita sunt, nullius est momenti; nam Stamatelos omnes huius generis titulos continua scriptura exhibet, etiam quos plus uno versu habere aliorum testimonio constet (n. 579. 582. 584. 586. 589. 591. 594. 595) aut certis de causis probabile sit (n. 593. 598). Paullo plus tribuendum tertii versus reliquiis, quas Forchhammerus illi Ithacensi titulo adiungit, cum hic desiderentur. Neque praeterea ullum exstat vestigium, quod Stamatelum titulis suis Leucadiis alienos immiscuisse indicet, neque magis est cur Forchhammerum erroris insimulemus. Quae cum ita sint, ut in re incertissima malui utrumque separatim repetere.

---

578 Lapis latus infra, ubi integer est, 0,42, supra 0,30, inventus in vineis meridiem versus ab antiquo Leucadiorum oppido, ubi fuisse videtur necropolis. Exscripsit Partsch.



Vs. 1 init. duae litterae interciderunt.

. . ς, Λεοντίς, | χαῖρε.

---

579 Cippus sepulcralis, Leucade. Minusculis litteris ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 36). Apud Angelum Calcani, qui ibi negotia consularia regni Italici gerit, exscripsit Doublet et edidit *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 210 n. 4.

Π Α Ρ Θ Ε Ν Ι Σ
Χ Α Ι Ρ Ξ

Παρθενὶς | χαῖρε.

---

580 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 45).

Σαλαμὶς (χ)αῖ[ρε], Λυσίας χαῖρε.

Stamatelos post primum nomen καί exhibet; sed quum ille omnes titulos sine versuum distinctione exhibeat (v. ad n. 577), haud improbabile est, in lapide haec per quattuor versus disposita, alterum vero in fine mutilum fuisse. Certe particulae copulativae usus a more abhorret.

---

581 Leucade. Minusculis litteris ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 37). Apud Angelum Calcani, qui illic negotia consularia regni Italici gerit, exscripsit Doublet et edidit *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 210 n. 3.

Σ Υ Ν Η Θ Ε Α Χ Α Ι Ρ Ε

Συνήθεα χαῖρε.

---

582 Stela sepulcralis cum aëtomate, infra quod titulus, anno 1759 ex insula Leucade in museum Nanianum translata. Edd. Passeri Diss. II p. 28; Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 212 (Mus. Nan. coll. ant. n. 69; Boeckh C. I. G. 1923). Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 34).

Σ Ω Σ Ι Κ Ρ Α Τ Ε Ι
Χ Α Ι Ρ Ε

Σωσικράτει[α] | χαῖρε.

---

583 Cippus sepulcralis, Leucade. Minusculis litteris ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 32). Apud Angelum Calcani, qui illic negotia consularia regni Italici gerit, exscripsit Doublet et edidit *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 210 n. 5.

Σ Ω Τ Η Ρ Ι Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Σωτηρὶς χαῖρε.

---

584 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 44).

Χ Α [Ι] Ρ Ε
Σ Ω Τ Α Κ Ο Σ
Χ Α Ι Ρ Ε

Quam uncis inclusi litteram, Colnaghius non habet.

. . . . | χαῖρε, | Σώτακος | χαῖρε.

---

585 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 30).

Φιλικὰ χαῖρε.

586 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Plenius et accuratius minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 33).

Stamatelos:	*Colnaghi:*
Φίλων χαῖρε.	Ι Λ Ω Ν Χ Α Ι Ρ Α

587 Monumentum sepulcrale cum fastigio, a. 1759 ex insula Leucade in museum Nanianum translatum. Edd. Passeri Diss. II p. 29; Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 211 (Mus. Nan. coll. ant. n. 70; Boeckh C. I. G. 1921).

Λ Ε Ο Ν Τ Ι Ο Ν Α Ι Σ Χ Υ Λ Ε Δ Α Μ Ο Ξ Ε Ν Α
Χ Α Ι Ρ Ε Τ Ε

Λεόντιον, Αἰσχύλε, Δαμοξένα, | χαίρετε.

588 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 40).

. . . . | Θευ[γ]ένευς Ἀστυπαλαιεύς.

Traditur Θευπενευς.

589 Cippus sepulcralis, Corcyrae. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 322 n. CLIX (minusculis repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 553 n. 44). Inter Leucadios titulos exhibet I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 48).

Φ Ι Λ Ι Σ Τ Ι Σ
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Μ Ε Δ Ο Ν Τ Ο Σ
Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Α
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Μ Ε Δ Ο Ν Τ Ο Σ
Κ Ο Ρ Κ Υ Ρ Α Ι Α

Φιλιστὶς | Ἀριστομέδοντος, | Ἡράκλεια | Ἀριστομέδοντος | Κορκυραία.

Malui Stamatelum sequi de origine tituli quam Mustoxydem, quia ipsum ethnicum Κορκυραία additum mulierem non in patria sepultam indicat. Ceterum Κερκυραία Stamatelos contra illarum regionum consuetudinem; reliquis in rebus apographa consentiunt.

590 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 41).

Δημήτριος Μασσαλιώτης.

591 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex Colnaghii apographo a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 38).

Colnaghi:	*Stamatelos:*
Δ . . Ω Λ Ι Τ Υ Λ Η Ν Α Ο Σ Ι	Διων Μιτυληναι[ος].

Δίων | Μιτυληναῖος.

592 In vineis sitis meridiem versus ab antiquo Leucadiorum oppido, ubi fuisse videtur necropolis. Exscripsit Partsch.

Μ Ν Η Σ Ι Κ Λ Ε Ι Α
Π Ε Λ Λ Α Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε
Χ Ρ Η Σ Τ Η Γ Υ Ν Η
Ω Π Α Ρ Ι Ο Ν Τ Ε Σ

Μνησίκλεια | Πελλαία χαῖρε. | χρηστὴ γυνή, | ὦ παριόντες.

593 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 47).

[Πυ]θιάδας
[Εὐ]θύμου
[Σι]κυώνιος.

Stamatelos hic ut ubique versuum distinctionem non indicavit, sed ex lacunis apparet, titulum per tres versus scriptum et lapidem a sinistra mutilum esse (cf. n. 598); cum versus tertius, quem Stamatelos supplevit, ambitum partis deletae indicet, non dubitavi vs. 1. 2 item binas litteras reponere.

594 Cippus sepulcralis, Leucade. Minusculis litteris ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 42). Apud Angelum Calcani, qui illic negotia consularia regni Italici gerit, exscripsit Doublet et edidit *Bull. de corr. Hell.* XVII (1893) p. 201 n. 1.

Φ Α Λ Α Ρ Ι Σ
Α Ι Σ Χ Ρ Ι Ω Ν Ο Σ
Σ Τ Ρ Α Τ Ι Ο Σ

Φάλαρις | Αἰσχρίωνος | Στράτιος.
Aeschrionem Stratium habes etiam n. 447, 14.

595 Columella sepulcralis, Leucade in coemeterio. Ex apographo Colnaghii a Newtono misso ed. W. Henzen *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1860 p. 142 n. 5. Minusculis litteris I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 43).

Colnaghi:

Β Υ Ρ Α Κ Θ Η Ι Ο Σ
Β Ο Υ Β Α Λ Ι Σ
Ε Π Ι Γ Ε Ν Ε Ο Σ

Stamatelos:

Συρακοσιος Βουβαλις Ἐπιγενεος.

Videntur haec duorum hominum, viri et mulieris, epitaphiorum reliquiae esse, quorum ex priore nihil aetatem tulit nisi ethnicum:
. . . . | Συρακόσιος.
Βουβαλὶς | Ἐπιγένεος.

596 Lapis anno 1759 ex insula Leucade in museum Nanianum translatus. Edd. Passeri Diss. II p. 36; Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 211 (Mus. Nan. coll. ant. n. 87; Boeckh C. I. G. 1924).

Ι Ο Υ Λ Ι Α
Α Λ Ε Ξ Α Ν
Δ Ρ Α ❦ Ε Τ Ω Ν
Ξ Θ ❦ Χ Α Ι Ρ Ε

Ἰουλία | Ἀλεξάν|δρα ἐτῶν | ξθ' χαῖρε.

597 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 92 n. 21).

. . . . ς Ἀστύτειμος.

Videtur nominis gentilis Romani littera finalis aetatem tulisse; nam inferioris aetatis titulum esse etiam paenultima syllaba per diphthongum scripta prodit. Primus editor sane Σαστύτειμος unum atque integrum nomen esse sibi persuasit, id quod omnium maxime improbabile est.

598 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 52).

Πόπλ[ιος]
Βετ[ούριος]
Εὐ . . . . . .

Editor Graecus hic ut ubique (cf. adn. ad n. 577) versuum dispositionem neglexit, quae tamen ex lacunis perspicitur (v. n. 593). Ceterum is Ποπλ[ιος] Βετ[ερος] Ευ[τυχου] scribit, quae supplementa indicant eum nominum Romanorum naturam usumque non perspecta habuisse.

599 Leucade. Ed. I. Stamatelos Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 1868 Dec. 20 (*Bulletin de l'école française d'Athènes* I (1868) p. 93 n. 53).

Πομπήϊος Νεικιάδας ἐτῶν . . . .

II.

ZACYNTHVS.

600 In insula Zacyntho, in ara ecclesiae S. Demetrii in vico *Melinado*. Edd. Chandler Inscr. Graec. P. II p. 86 n. 159; St.-Sauveur Itin. T. III p. 104 cum tabula ahenea; Walpole Mem. p. 455, 3; Hughes Itin. T. I p. 152; ex his et schedis Koehlerianis et Broendstedianis Boeckh C. I. G. 1934 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 172 n. 1679); O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 8.

ΑΡΧΙΚΛΗΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣΚΑΙΑΛΚΙ
ΔΑΜΑΑΡΧΙΚΛΕΟΣ ΚΛΗΝΙΠΠΑΝΤΑΝΑΥ
ΤΩΝΘΥΓΑΤΕΡΑΘΕΟΚΟΛΗΣΑΣΑΝΑΡΤΕΜΙΤΙ
ΟΠΙΤΑΙΔΙ

Cum Boeckhio Broendstedii exemplum, quocum fere ubique consentit Chandlerianum, exprimimus. Reliquorum errores, quas enotatos habes apud Boeckhium, hic repetere supervacaneum est.

Ἀρχικλῆς Ἀριστομένεος καὶ Ἀλκι|δάμα Ἀρχικλέος Κληνίππαν τὰν αὐ|τῶν θυγατέρα θεοκολήσασαν Ἀρτέμιτι | Ὀπιταίδι.
Cum nomine Κληνίππαν, de quo iniuria dubitatum est, cf. Κληναγόρα n. 577. 671, 1.

601 Super portam ecclesiae monasterii τῆς Σκοπιωτίσσης in insula Zacyntho, in magno lapide. Versum priorem ed. Hughes Itin. T. I p. 153 (Boeckh C. I. G. 1935; G. Kaibel Epigr. Graec. 1116). Hunc minusculis repetivit et alterum primus edidit O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 10.

ΟΦΘΟΝΟΣΑΥΤΟΣΕΑΥΤΟΝΕΟΙΣΒΕΛΕΕΣΣΙΔΑΜΑΖΕΙ
ΠΚΤΟΙЄϘѠИ + ΑΒИ Τ Κ

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.
Hunc versum in Anthologia Palatina X, 111 legi monuit Kaibelius, qui n. 1115 geminum exemplum exhibet carminis de invidia, quod habes Anth. Pal. XI, 193, in lapide Lugdunensi incisi. Alteri versui nihil necessitudinis cum priore intercedit. Is Christianae aetatis est, ac nescio an initio κ(αὶ) τὸ ἱερ(ό)ν agnoscendum sit. Reliqua obscura.

602 Lapis termini similis, a. 1,00, l. 0,45, c. 0,15, inventus in insula Zacyntho, septentrionem et occidentem versus a vico *Bujato* in fundo Nicolai Metaxae, qui habitat in vicino vico *Skulikadho*. Ed. O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 8.

ꓥ Α Ξ
Ι Λ Ν Ϛ
ΕΠΑΙΝΙ

Δ

Nihil certi dispicitur.

603 Glans missilis plumbea inventa Zacynthi ad radices collis, in quo est castellum. Ed. O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 6.

ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΩΡΟϒ
Ἀσκληπιοδώρου.

604 Glans missilis plumbea, inventa Zacynthi et delata in collectionem Barbierii, quae ibi fuit. Ex P. Chiotis apographo ed. O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 6.

ΙΜΗϒΟ

Si nusquam erratum statueris, vix quicquam quod intellegi possit ex his ductibus extorquebis. Facillima medela [Πολυτ]ιμή[τ]ου vel aliud nomen eadem ratione compositum restituitur.

605 Stela sepulcralis a superiore parte palmis exornata, inscripta litteris a summo deorsum currentibus, ex quibus infima aliquantum detrita est. Post hanc utrum etiam aliae fuerint necne, definiri nequit. Inventus lapis in vico *Lithakias*, exstat Zacynthi in museo. Ed. I. Six *Mitth. des arch. Inst. in Athen* XIX (1894) p. 340 adn. 1.

Ƨ I O A R B

Quid hae litterae sibi vellent, neque Sixius extricavit neque ego perspicio.

606 In insula Zacyntho occidentem versus ab arce. Ex P. Forchhammeri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 989 n. 1934*c*.

ΕΥΠΟΡΟΣΧΑΙΡΕ

Εὔπορος χαῖρε.

607 Fragmentum lapidis inventum in vico *Bujato* insulae Zacynthi. Ed. O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 13 n. 6 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 173 n. 1680*b*).

ΚΡΙΤΟΛΑΟΣ

Κριτόλαος.

608 Cippus sepulcralis inventus a. 1852 in loco *Aringo* insulae Zacynthi, sito e regione castelli a septentrionibus. Edd. P. Chiotis Ἱστορικὰ ἀπομνημονεύματα II, Corcyrae 1858, p. 600; O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 13 n. 5.

Κέστις [Ῥ]ουφῖνος χαῖρε.

Editores exhibent Ἰουφῖνος. Sed mendum manifestum est et emendatio certa.

609 In ecclesia S. Andreae et Michaëlis in loco qui vocatur *Aringa*, Zacynthi septentrionem versus a castello. Ex Barbierii apographo ed. O. Riemann *Zante* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII) p. 13 n. 4.

ΗΝΑ


. . . . . ννα.

III.

CEPHALLENIA.

1. CRANII.

610 In Craniorum insulae Cephalleniae moenibus vidit Hamiltonus centurio, postea in Britanniam delatus lapis pervenit in collectionem Nogentianam. Duo Boeckhius acceperat apographa, alterum ex Guilelmi Gellii schedis a Rosio missum, alterum ab Eduardo Gerhardo cum eo communicatum, cui miserat Crawfurdus, qui senatui Ionico ab epistulis erat. Ed. Boeckh C. I. G. 1928; minusculis litteris Ἰόνιος Ἀνθολογία V (1835) p. 84. 122. Cum imagine accurate delineata Leake, qui Palae vindicavit, *Transactions of the Royal Society* N. S. I p. 273. 305 (inde Roehl I. G. A. p. 77 n. 335; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 307 n. 309; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 167 n. 1660). Gellius in libro *Probestücke von Städtemauern des alten Griechenlands*, 1831, tab. XV lapidem e moenibus evolsum delineavit (Roehl I. G. A. p. 182). Tituli exemplum cum eo, quo Boeckhius usus est, consentit praeter praeposterum versuum ordinem. Cranium (non Palensem) esse lapidem etiam in apographo, quod G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum* p. 72 se apud viduam Tsimaratus in vico *Hagia Thekla* vidisse testatur, adnotatum erat.



Imaginem tituli Leakianam et Roehlius exhibuit et nos exprimimus. Ex antiquioribus apographis haec adnotanda videntur, quia fieri potest, ut rectius se habeant: Vs. 1 ƎΣΑΙƎΑΜΜ Gell et Crawfurd; vs. 2 ΑƎΛΚ iidem. Duobus locis manifesto suos errores emendavit lapicida, vs. 1 fin., ubi primum prava positura exaraverat Ǝ, deinde rectum Σ apposuit, et vs. 3, ubi quintam litteram E mendose insculptam in T mutavit.

Μνασίας | Κλεάριος | σαοστρεῖ.

Verbum σαοστρεῖ a σάοστρον (σῶστρον) repetit Roehlius, ut feliciter servatus Mnasias deis hoc dono gratiam retulisse intellegatur.

Gellius *Probestücke von Städtemauern* tab. XV alium repraesentat eorundem moenium lapidem cum hac inscriptione (Roehl I. G. A. 182):

ΜΕΛΕΣΙΟΣ
ΕΥ ΝΙΔ

[Μ]ελ[ή]σιος | Ἐυ[με]νίδ[α]. Prius nomen restituit Roehl, alterum ego.

611 Fragmentum lapidis calcarii, quod inter rudera oppidi Craniorum in insula Cephallenia repertum in museum Parisinum intulit F. Lenormant. Ed. idem Mus. Rhen. XX (1866) p. 519 n. 345 (inde Roehl I. G. A. p. 77 n. 333).

ᗺ ꓘ A
\+ ᚲ

Nihil certi legitur.

---

612 Stela sepulcralis marmorea, inventa in loco *Spartia* sive *Spartea* sita in ea insulae Cephalleniae parte, quae vocatur *Livatho*. Nunc est apud Ch. I. Tsimaratum, qui habitat in vico *Hagia Thekla* sito in occidentali paeninsulae Palensium (*Paliki*) ora. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 30 n. 6 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1666*c*).

Ἡρακλέων Ἡρακλέοντος
χαῖρε.
[Π]αρρησία Ἡρακλέοντος γύναι
χαῖρε.

---

613 In sepulcro diruto, quod est in colle sito iuxta antiquum Craniorum oppidum. Ex apographo, quod Crawfurdus, qui senatui Ionico ab epistulis erat, ad Eduardum Gerhardum miserat, ed. Boeckh C. I. G. 1930*e*. Accuratius ex Forchhammeri schedis idem vol. II Add. p. 988; F. Lenormant Mus. Rhen. XX p. 519; G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 72 n. 5; minusculis litteris O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 27. His omnibus apographis diligentissime cum lapide collatis denuo exscripsit Partsch, cuius exemplum repraesentamus antiquiorum erroribus non enotatis.

Κ Λ Α V Δ Ι . Ο Ν Α C . . Ο Σ Ο Ν
Ε Ρ Ω Τ Ο . Μ Η Τ Η Ρ
Χ Α Ι Ρ Ε

Κλαυδί[α] | Ὀνασ[ιφ]ό[ρ]ον, | Ἔρωτος μήτηρ, | χαῖρε.

---

614 Cippus sepulcralis, inaedificatus in muro domus Antonii Mazarakis in vico *Mazarakata* prope rudera veteris Craniorum oppidi. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 30 n. 4 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1666*b*).

Σίμακε χαῖρε.
Φίλων χαῖρε.

---

615 Cippus sepulcralis, inaedificatus a dextra iuxta portam domus Ioannis Mazarakis in vico *Mazarakata* sito prope parietinas veteris Craniorum urbis. Edd. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 30 n. 3 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1666*a*); plenius et accuratius G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 73 n. 6.

Χ Α Ι Ρ [ε] Α	Σ
Σ Ω 7 Ε Μ Λ	Ο Σ
Κ Λ Ε Υ Μ Α Χ	Η
Χ Α Ι Ρ Ε Τ Ε	

Χαιρέας, | Σω[σί]μα[χ]ος, | Κλευμάχη, χαίρετε.

---

616 Cippus sepulcralis, inventus inter rudera antiqui Craniorum oppidi. Ex Tsimarati apographo ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 30 n. 5.

. . . . . ιπ(π)ε χαῖρε.
παύσας δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη.

Vs. 1 ιπιε traditur. Vs. 2 παύσας utique corruptum est, sed ζήσας et βιώσας aeque abhorrent a litteris traditis, ut emendatio in medio relinquenda sit.

---

2. SAME.

617 Basis inventa Cephalleniae. Ipse lapis quo pervenerit, latet. Sed forma gypsea est Corcyrae in collectione gymnasii. Edd. W. Vischer *Epigr. und archäol. Beiträge aus Griechenland* p. 12 (*Kleine Schriften* II p. 21) n. 29 tab. II, 6; minusculis litteris O. Riemann *Corfou* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII) p. 45 n. 11.

λ Υ Τ Ο Κ Ρ λ Τ Ο Ρ λ Κ Α Ι Σ
Ρ λ Σ Ε Β λ Σ Τ Ο Ν Ε Υ Σ Ε Β Η
λ Ο Υ Κ Ι Ο Ν Σ Ε Π Τ Ι Μ Ι Ο Ν
Σ Ε Ο Υ Η Ρ Ο Ν Π Ε Ρ Τ Ι Ν λ Κ Α
λ Ρ λ Β Ι Κ Ο Ν λ Δ Ι λ Β Η Ν Ι Κ Θ
λ Ρ Χ Ι Ε Ρ Ε λ Μ Ε Γ Ι Σ Τ Ο Ν
Η Π Ο λ Ι C Η C λ Μ λ Ι Ω Ν
Ψ Β δ Κ Λ

Αὐτοκράτορα Καίσ[α]|ρα Σεβαστὸν Εὐσεβῆ | Λούκιον Σεπτίμιον | Σεουῆρον Περτίνακα | Ἀραβικὸν Ἀδιαβηνικόν, | ἀρχιερέα μέγιστον | ἡ πόλις ἡ Σαμαίων. | Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) κ(αὶ) δ(ήμου).

Tituli origo annorum 195 et 199 p. Chr. terminis contineri videtur, siquidem illo Arabici et Adiabenici, hoc Parthici maximi nomine uti coepit Septimius Severus.

618 Lucerna fictilis ornata uvis et foliis, inventa Samae, exstat in collectione Antonii Migliaressi, doctoris medicinae, quae est in oppido *Argostoli*. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 66.

Κ Α Λ Λ Ι C Τ Ο Ν

Κάλλιστον.

Cave emendaveris Καλλίστ(ι)ον. De hoc nominum genere cf. quae adnotavi ad n. 23.

---

619 Glans missilis plumbea inscripta a duabus partibus (*a b*), in collectione Antonii Migliaressi, doctoris medicinae, in oppido *Argostoli*. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 65.

a
Ε Υ Γ Ε Ι

b
Τ Ο Υ Σ

Εὐγεί|του Σ(αμαίου).

620 Glans missilis plumbea, quam possidet Zervos, demarchus Sames. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 43.

Ε Υ Γ Ε Ι

Εὐγεί[του Σαμαίου]. Cf. n. 619.

---

621 Sarcophagus ex uno lapide constructus, inventus in vineis inter rudera antiqui Samaeorum oppidi. Ex Zervi, Sames demarchi, apographo edd. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 42; accuratius G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 76 n. 4.

Ε Κ Λ Ο Γ Η Χ Α Ι Ρ Ε

Ἐκλογὴ χαῖρε.

---

622 Lapis inventus Samae Cephalleniae, est apud Ch. I. Tsimaratum, qui habitat in vico *Hagia Thekla* in occidentali paeninsulae Palensium (*Paliki*) ora. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 8 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*c*).

Λ Ε Α Ι Ν Α Ι
Χ Α Ι Ρ Ε

Λέαινα⟨ι⟩ | χαῖρε.

---

623 Samae Cephalleniae in domo privata. Minusculis litteris ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 10 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*e*); maiusculis litteris G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 12.

Ξ Ε Ν Ο Κ Ρ Α Τ Ε Ι Α

Ξενοκράτεια.

---

624 Cippus sepulcralis, inventus Samae Cephalleniae. Ex Zervi demarchi apographo ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 11.

Φίλων Φίλωνος.

---

625 Fragmentum lapidis inventum Samae, exstat apud Ch. I. Tsimaratum in vico *Hagia Thekla*, sito in occidentali paeninsulae Palensium (*Paliki*) ora. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 7 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*b*).

Ο Λ Α Ο Σ

. . . . ολαος.

---

626. 627 Ex Broendstedii schedis, qui Ithacae tribuit, ed. Boeckh C. I. G. 1925*h* (inde O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*b*). Sed in alio apographo, quod apud Ch. I. Tsimaratum in vico *Hagia Thekla*, sito in occidentali paeninsulae Palensium Cephalleniae ora, vidit O. Riemann, et ex quo varias lectiones exhibuit in libro *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 43 n. 5, adnotatum erat lapidem Samae Cephalleniae inventum esse.

(626)	Σ Τ Ρ Α Τ Ο Ν Ι Κ Α Κ Α Σ Σ Α Ν Δ Ρ Ι Σ
(627)	Μ Η Τ Ρ Ο Φ Α Ν Τ Ο Σ Π Α Ρ Μ Ε Ν Ι Ω Ν Ο Σ Κ Α Σ Σ Α Ν Δ Ρ Ε Υ Σ

Vs. 1 Κασανδρίς, vs. 4 Κασανδρεύς, vs. 3 Παρμενίονος in Tsimarati apographo esse testatur Riemann. Sed sine dubio maior fides habenda est Broendstedio.

626 Στρατονίκα Κασσανδρίς.
627 Μητρόφαντος | Παρμενίωνος | Κασσανδρεύς.

---

628 Samae Cephalleniae. Ed. W. Mure *Annali dell' Instituto arch. Rom.* X (1838) p. 128. Ex schedis Murii a Gerhardo secum communicatus Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1930*f* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1663).

Δ Ι Ο Π Ε Ι Θ Η Σ
Φ Ι Λ Ι Ν Θ Α
Σ Ι Λ Α Ν Ο Σ
Ε Μ Ι Ν Α Υ Τ Α
Π Ι Σ Τ Α Κ Ι Σ

Διοπείθης, | Φιλίνθα, | Σιλανός, | [Σ]μιν[δ]ύ[ρ]α, | Πιστακίς.

Quartum nomen Hoffmannus reiecta incredibili interpretatione Boeckhii εἰμὶ ναύτα(ς) »nauta sum«, sollertissime emendavit. Σμινδυρίδης ὁ Ἱπποκράτεος Συβαρίτης est apud Herodotum VI, 127. Sybaritae Achaei erant e Peloponneso, Cephallenas item proxima necessitudine Achaeos attigisse constat.

---

629 Lapis sepulcralis, a. 1,37, l. 0,40, Samae Cephalleniae. Ex Ch. I. Tsimarati apographo edd. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 6 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*a*); G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 78 n. 15.

Α Υ Τ Ο Μ Ε Δ Α
. . Σ Ι Μ Α
Ξ Ε Ν Ν Ω
Φ Ι Λ Ω Ν
. . . .
Ν Ι Κ Ι Ο Ν

Αὐτομέδα, | [Αἰ]σίμα, | Ξεννώ, | Φίλων, | . . . ., | Νίκιον.

---

630 Lapis sepulcralis, a. 1,00, l. 0,46, c. 0,13, inventus ad radices arcis meridionalis antiqui Samaeorum oppidi, quae nunc vocatur Ἅγιοι Φανέντες. Edd. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 9 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*d*); G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 78 n. 16.

Κ Α Σ Σ Ι Σ
Φ Ι Λ Ι Σ

Κασσίς, Φιλίς.

Prius nomen opinetur quispiam gentile Romanum esse pro Κάσσιος, ut n. 608 Κέστις Ῥουφῖνος est. Sed cum neque hic neque in titulis simillimis n. 629. 631—636 ullum praeterea Romanae aetatis vestigium sit, praestabit nomen mulieris Graecae, hypocoristicum a Κασσιέπεια aliove simili derivatum, agnoscere.

631 Lapis a. 0,45, l. 0,52, c. 0,12, inventus in oppido antiquo Samaeorum, exstat apud Zervum demarchum. Edd. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 9 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 168 n. 1664*d*); G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 78 n. 14.

Ͻ Σ
Ν Ο Δ Ω Ρ Α
[Ο] Τ Ο Δ Ι Κ Α
[Ο] Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ
[Τ] Ι Σ

Vs. 1 omittit Biedermann. Vs. 3 primam litteram O potissimum fuisse non est certum, Biedermannus eam non habet. Vs. 4 prima littera, cum Riemannus et Biedermannus exscriberent, evanuerat, sed Zervos meminerat eam O fuisse. Vs. 5 T solus Biedermannus vidit; idem inter vs. 4 et 5 unius versus defectum notat.

. . . . ος
. . . . ν[ο]δώρα
[Πρω]τοδίκα
. . . . . όστρατος
. . . τις.

Versum tertium supplevi, reliqua ambigua sunt.

---

632 Cippus sepulcralis fractus in duas partes, a. 0,30, l. 0,25, c. 0,12, inventus ad radices arcis meridionalis Samaeorum, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες, exstat in oppido apud Demetrium Theodosatum demarchum. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 10.

Κ Λ Ε Ι Ν
Π Ο Λ Ο
. . . . .
Κ Λ Ⱶ Ι VV Ο
Ρ Ο Φ Α Ν
Κ Λ Ε Ο Φ

Κλειν . . . . , | Πολο . . . . . , | . . . . . , | Κλει[ν]ο . . . . , | [Π]ρόφαν[τος] (?) | Κλεοφ[άνης].

---

633 Cippus sepulcralis, a. 0,56, l. 0,43, c. 0,16, inventus ad radices arcis meridionalis oppidi Samae, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες, exstat in oppido apud Ioannem Theodosatum demarchum. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 11.

Υ Β Α Ι Ο Ο Σ
Λ Υ Κ Ι Σ Κ Α

[Π]ύ[ρ]αι[θ]ος, | Λυκίσκα.

Prius nomen supplere et emendare conatus sum.

---

634 Cippus sepulcralis, a. 0,63, l. 0,26, c. 0,10, inventus ad radices arcis meridionalis oppidi Samae, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 76 n. 7.

Ν Α Χ Ο Σ
Τ Ρ Α Τ Α
Α Χ Ο Σ
Ο Ν
Α Ν Η Σ

. . . . . μαχος, | [. . . . . σ]τράτα, | [. . . . . μ]αχος, | . . . ον, | [. . . . . φ]άνης.

---

635 Cippus sepulcralis, a. 0,46, l. 0,31, c. 0,10, inventus ad radices arcis meridionalis oppidi Samae, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 8.

Α Σ Υ Δ Α
Ι Κ Α Γ Ο Ρ
Γ Η Σ Α Ν
Α Μ Ο Κ Ρ Ι Τ

[Θρ]ασύδα[μος, | Ν]ικαγόρ[ας, | Ἀ]γήσαν[δρος, | Δ]αμόκριτ[ος]. Supplevit Biedermann.

---

636 Cippus sepulcralis, a. 0,33, l. 0,26, c. 0,08, inventus ad radices arcis meridionalis oppidi Samae, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 9.

. Λ Υ Κ Α Σ . . .
. Υ Β Ι Ο Τ Ο Σ

[Γ]λυκᾶς (?), | [Ε]ὐβίοτος.

Prius nomen admodum dubium, praesertim cum nominis ab adiectivo γλυκύς derivati nullum praeterea exstet per illas Graeciae occidentalis regiones exemplum (cf. adn. ad n. 669).

---

637 Lapis sepulcralis, in domo privata, quam possidet Γεώργιος Ἀντσολάτος in vico *Dichalia* sito septentrionem et orientem versus a Same. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 79 n. 19.

Χ Ο Ρ Α Γ Ι Σ

Χοραγίς.

---

638 Apographum in libro manuscripto, cui titulus erat '*Notizie intorno l'Isola di Cefalonia*', quem Biedermannus in vico *Hagia Thekla* vidit, continebatur; id titulum Samae vindicabat. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 20.

Ι Ο Υ Λ Ι Α Κ Ι Λ Ι
Α Ν Α Σ Σ Α
Χ Α Ι Ρ Ε
Ε Τ Ω Ν Κ Α

Ἰουλία . . . . | . . άνασσα | χαῖρε | ἐτῶν κ'.

---

639 Cippus sepulcralis, a. 0,60, l. 0,43, c. 0,13, inventus ad radices arcis meridionalis Samaeorum, quae vocatur Ἅγιοι Φανέντες, exstat in oppido apud Demetrium Theodosatum demarchum. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 77 n. 13.

Π Ο Ϲ Ε Ι
Δ Ω Ν Ι Ε
Χ Α Ι Ρ Ε

Ποσει|δώνιε | χαῖρε.

---

640 Cephalleniae. Ex P. Forchhammeri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 989 n. 1930*g*. Samaeum esse titulum testatur Loverdos ap. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 43 n. 3.

Є Υ Є Λ Π Ι Ϲ Τ Ο Ϲ
Є Τ Ω Ν Μ Є
Χ Α Ι Ρ Є
Π Α Ν Κ Α Ρ Π Ο Ϲ
Є Τ Ω Ν Κ · Ζ
Χ Α Ι Ρ Є

Εὐέλπιστος | ἐτῶν με' | χαῖρε.
Πάνκαρπος | ἐτῶν κζ' | χαῖρε.

641 Fragmentum tabulae tenuis marmoreae, a. 0,13, l. 0,12, Samae apud Demetrium Theodosatum demarchum. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 78 n. 17.

. . . Τ Ω Ν . . .
. . . Ι Ρ Ε . . .
. . . . Ω Ν . . .

. . . . των [. . . . | χα]ῖρε . . . | . . . ων . . . . .

642 Fragmentum craterae, Samae apud Demetrium Theodosatum demarchum. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 78 n. 18.

. . Α Ρ Π Ι Ω Ι . .

[Κ]αρπίω[ν] (?).

643 Tabula rudibus quibusdam ornamentis distincta. Meletius vidit 'εἰς τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κεφαληνίας, Πισκάρδο τανῦν καλούμενον'. Postea Corcyram translata est, unde anno 1700 Venetias ibique ex Apostoli Zeni collectione in museum Nanianum illata est. Minusculis litteris habet Meletius Geogr. p. 327; minus accurate inter titulos Corcyraeos Montfaucon Diar. Ital. p. 424 (inde Muratori T. III p. MCDLXIV, 5). Aeri incisum exhibet Paciaudus Mon. Pelop. T. I p. 198 (Mus. Nan. coll. ant. n. 78; Boeckh C. I. G. 1933). Exemplum multo neglegentius confectum, quod est apud Ch. I. Tsimaratum in vico *Hagia Thekla* insulae Cephalleniae, minusculis litteris repetivit O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 52; sed eius menda enotare inutile est. Venetiis in Museo civico sub n. 2002 asservatur codex cum hoc indice: *Indici e tavole dei marmi scritti e figurati componenti il museo Nani. Disegnati di Giovanni Grevenbroch* MDCCLXX (qui etiam editus est Venetiis MDCCXCI). Hunc codicem, in quo hic titulus n. 19 est, anno 1896 in nostrum usum contulit M. Fränkel.

Τ Ι Τ Ο C Φ Λ Α R Ι Ο C Δ Ι Ο
Ν ϒ C Ι Ο C ❦ Є Ν Ο Ρ
Κ Ι C Ζ Ο Μ Α Ι C Ο Ι Τ Ο
Ν C Є R Α C C Τ Ι Ο Ν Ο Ρ Κ Ι
Ο Ν Μ Η Δ Є Ν Ι Є Ξ Ο Ν Є Ι
Ν Α Ι Α Ν ϒ Ξ Α Ι Τ Η Ν C Ο Ρ
Ο Ν Ο Λ ϒ Ν Π Ι Α Δ Ο C Є Ι
Δ Є Τ Ι C Α Ν ϒ Ξ Ι Δ Ω C Є
Ι Τ Ω Φ Ι C C Κ Ω Δ Η Ν Α Ρ Τ
Ι Α Δ Ι C Χ Є Ι Λ Ι Α Π Є Ν
Τ Α Κ Ο C Ι Α Κ Α Ι ϒ Φ Є Ξ Ι
Λ Ο Γ Ο Ν Α C Є R Є Ι Α C

Vs. 4 init. ΝCЄΠΑC codex Venetus. Praeterea nihil ex eo discriminis enotavit Fränkel.

Τίτος Φλάβιος Διο|νύσιος ἐνορ|κίσζομαί σοι τὸ|ν Σεβάσστιον ὅρκ⟨ι⟩|ον, μηδενὶ ἐξὸν εἶ|ναι ἀνῦξαι τὴν σορ|ὸν Ὀλυνπιάδος. εἰ | δέ τις ἀνύξ(ε)ι, δώσε|ι τῷ φίσσκῳ δηνάρ|ια δισχείλια πεν|τακόσια, καὶ ὑφέξ(ε)ι | λόγον ἀσεβείας.

Cum litterarum formae tum orthographia titulum saeculo p. Chr. n. tertio antiquiorem non indicant. Σεβάσστιον ὅρκον (vs. 4) iusiurandum per genium Augusti esse monuit Boeckhius.

644 Titulus inventus Samae Cephalleniae. Ex Zervi demarchi apographo ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 44 n. 12.

Α Ν Ν Ε Σ

Cogitaverit quispiam de mulieris nomine accusativo casu prolato, ut legatur . . . . αν Νέσ[τορα]. Sed id neutiquam certum est.

3. PALE.

645 Basis arae figura, anno 1758 ex insula Cephallenia in museum Nanianum illata. Aeri incisum titulum ed. Paciaudus Mon. Pelop. T. I p. 94 (Mus. Nan. coll. ant. n. 58; *Memorie per servire alla storia letteraria* Sept. 1758 p. 213). Ex perversa Paciaudi restitutione vitiosissime in aes incisum praebet St.-Sauveur Itin. ad T. III p. 64. Paciaudi exemplum repetivit Boeckh C. I. G. 1929. Exemplum plenius, sed de interpolatione suspectum, ex Ζερβοῦ Ἰακωβάτου libro Συλλογὴ ἀρχαιολογικῶν λειψάνων τῆς νήσου Κεφαλληνίας, *Céphalonie* 1861 p. 62 expressit G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 75 n. 4 (litteris minusculis).

Α Ν Α
Ω
Ο Υ Γ Υ Ν Α Ι Κ Α Β Ι
Α Ρ Ι C Τ Ο Μ Α Ν Τ Ι Δ Ο C
Α Ι . Ι Ε Ρ Α C Α Μ Ε Ν Η Ν Τ Η C C Ε Β
Η Β Ο Υ Λ Η Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο C Π Α Λ Ε Ι
Ω Ν Ε Υ Γ Ε Ν Ε Ι Α C Ε Ι Ν Ε Κ Ε Ν
Κ Α Ι Τ Η C Π Ε Ρ Ι Τ Ο Ν Β Ι Ο Ν
C Ω Φ Ρ Ο C Υ Ν Η C Ψ Β

Var. lect. Vs. 1—3 Φλαβιάναν | εὐτυχῆ Πυθοδώρου | Γλαύκου γυναῖκα καὶ Βίωνος Iacobatos. Vs. 4 ἀρχιερασαμένου idem. Versuum divisio apud Iacobatum alia est, quam hic eo minus attinet enotare, quia apparet ex illo Βίωνος, Iacobati lectionem ab editorum priorum supplementis pendere.

. . . . αν Ἀ[. . . . . . ., θυγατέρα . . . .]ου, γυναῖκα Βι(βουλλίου) | Ἀριστομάντιδος, [τὴν | κ]αὶ ἱερασαμένην τῆς Σεβ(αστῆς), | ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Παλεί|ων εὐγενείας εἵνεκεν | καὶ τῆς περὶ τὸν βίον | σωφροσύνης. ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Boeckhius versu tertio Βι nominis proprii reliquias esse putat, in quibus supplendis Paciaudi inventum Βί[ωνος] ei non displicet, vs. 4 vero ἀριστομάντιδος appellativum esse et optimum vatem significare opinatur. At neque hoc vocabulum alibi legitur neque declinationis ratio huic interpretationi favet. Quod contra Ἀριστόμαντις nomen proprium habes Olympia V, Inscriptiones p. 523 n. 431, 5. Sane illic feminam significat, sed hoc non minus quam ea, quorum altera pars -πολις est (Εὔπολις, Κρατησίπολις), de utroque sexu usurpari licebat. Sequitur ut vs. 3 extr. nomen gentile fuerit, quod sane etiam Βι(βίου) aut Βι(ψανίου) suppleri potest.

646 In insula Cephallenia, inter rudera urbis Palensium. Ex Broendstedii schedis ed. Boeckh C. I. G. 1930*b* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 167 n. 1661*a*).

Ν Ι Κ Ο Χ Α Ι Ρ Ε
Π Α Ρ Α Μ Ο Ν Ε
Χ Α Ι Ρ Ε

Νικο(?) χαῖρε. | Παράμονε | χαῖρε.
Primum versum supplevit Boeckhius.

4. PRONNI.

647 Cippus sepulcralis cum aëtomate, venuste exornatus, inventus in meridionali Pronnorum castello, quod vocatur ʼς σουριᾶς τὸ κάστρο, exstat in vico *Kornelo*. Ed. G. Biedermann *Die Insel Kephallenia im Alterthum*, Monaci 1887, p. 80.

Σ Ω Τ Ι Ω Ν


Σωτίων.

648 Discus lapideus, qui ab altera parte convexa permulta foramina parva rotunda habet, ab altera plana titulum, inventus inter rudera Pronnorum, translatus in collectionem Antonii Migliaressi, doctoris medicinae, in oppido *Argostoli*. Ed. O. Riemann *Céphalonie* (*Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII) p. 66.

Φιλώτας.

5. TITVLI INCERTORVM INSVLAE CEPHALLENIAE LOCORVM.

649 Discus aheneus, cuius diameter est 0,162, crassitudo 0,005, aliquot abhinc annis inventus et in museum comitis Tyszkiewicz illatus. De loco, ubi repertus sit, Froehnerus haec habet: '*On affirme que le disque a été trouvé dans l'île de Céphalonie même. Je n'y contredis pas.*' Sed quis illud affirmet, non dicit, ut non absit suspicio, quin de Cephallenica tituli origine mera coniectura ex argumento capta sit. Ed. W. Froehner *Revue archéologique* Ser. III Tom. XVIII (1891) p. 45 sqq. cum imagine photographica tab. XVIII (inde minusculis litteris repetiverunt R. Peppmüller *Wochenschrift für classische Philologie* VIII (1891) n. 31 p. 859; E. Hoffmann Sylloge Epigr. Graec. p. 143 n. 288). Nos Froehneri imaginem exprimimus. Cf. quae de inscriptione exposuerunt F. Blass *Jahrb. für Philologie* CXLIII p. 588 sq.; A. Kirchhoff *Studien zur Gesch. des griech. Alphabets* ed. 4 p. 167; W. Larfeld *Jahresberichte über die Fortschritte der Alterthumswissensch.* LXXXVII (Suppl. anni 1895) p. 224.



Εὐσοίδα μʼ ἀνέθηκε Διϝὸς ϙώροιν μεγάλοιο
χάλκον, ᾧ νίκασε Κεφαλ.(λ)ᾶνας μεγαθύμως.

Homericorum locorum B, 631: αὐτὰρ ʼΟδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους et Hymn. XXXIII (in Dioscuros), 9: εὐχόμενοι καλέουσι Διὸς κούρους μεγάλοιο imitationem monstravit Froehner. Quod vero idem a muliere, cui nomen fuisset ʼΕξώτρα, disci iactu superatos sumpsit illos magnanimos Cephallenas, iure miratus est Blassius, cumque intellegeret litteras, quas ille ΤΡ legisset, ΙD potius videri, pro Ψ vero certe non

minus probabiliter Y legi posse, Εὐτοίδα aut Εὐτώιδα legit eumque nominativum abiecta littera finali -ς esse statuit, in illis regionibus ubi vice versa genetivus patronymicorum nonnunquam in -ας cadat (cf. n. 521, 1) non inauditum; cuius rei certum testimonium praebere Philoclidae Leucadii titulum dedicatorium Dodonaeum (v. indicem). His ut sunt prudenter et sagaciter disputata non habeo, quod addam.

Originem tituli (v. lemma) nemo pro certo testatur; sane in certaminibus alibi atque in insula Cephallenia habitis non probabile est omnes praeter eum qui vicerit agonistas Cephallenas fuisse. Verum enimvero hac ex re de ludorum quidem loco coniectura fieri potest, de victoris patria eiusque delubri, ubi discus dedicatus sit, loco non item. Quid quod ipsum ῷ νίκατε Κεφαλλᾶνας μεγαθύμως egregie convenit ei, qui peregre adveniens indigenas omnes, qui cum ipso concertarent, superaverit? (cf. Olympia V, Inscriptiones p. 301 n. 174, 5 sqq.: ὃς ἐνθάδε τοὺς ἀπὸ νάσων τέσσαρας εὐθείᾳ παῖδας ἔκλινε μάχᾳ). Quod vero Froehnerus dicit, sacra Dioscurorum optime convenire insulae in vicinia Spartae sitae, id permirum est; conieceris eum Cephalleniam cum Cytheris confudisse. Quare nihil pro certo diiudicari licet, nisi neque litteraturam neque sermonem tituli impedire, quominus Cephalleniae tribuatur. Utique ϙώροιν et μεγαθύμως scribere malui quam ϙούροιν et μεγαθύμους, quae Froehnero placuerunt. Nam dialectum, quae ᾱ pro Attico η̄ habeat, tam antiquo tempore ου pro ω ascivisse improbabile est, praeter Corinthios eorumque vicinos et colonos, qui hic propter litteraturam in censum non veniunt. Sexto a. Chr. n. saeculo recentior non est.

650 Columella anno 1760 ex Cephallenia insula in museum Nanianum translata. Aeri incisum titulum ed. Biagi Mon. Graec. in fine libri n. VI (Mus. Nan. coll. ant. n. 95; Boeckh C. I. G. 1930; G. Kaibel Epigr. Graec. 264). In Musei civici Veneti codice 2002 (v. ad n. 643) n. 122 est apographum tituli, quod contulit M. Fränkel.

Μ Α Κ Η Δ Ε Α Π Ο Τ Μ Ο Υ
Ο Ν Ι Κ Ε Κ Λ Ι Μ Ε Ν Ο Ν
⊏ Κ Α Ι Μ Η Τ Ε Ρ Α Μ Η Τ Ρ Ο ⊏
Κ Ο Μ Ε Ν Ο Υ ⊏
Α ⊏ Π Ρ Ο ⊏ Α Λ Α Ν Π Ε Τ Ο Ν Α Δ
Ο ⊏ Κ Α Τ Ε Β Η Ν
⊏ Ω ⊏ Ε Π Ε Β Α Λ Λ Ε Ν
Π Ε ⊏ Ι Ν Τ Ε Φ Ι Λ Ο Ι ⊏
Ο Ι Ε Κ Α Ι Π Θ Λ Ι Η Τ Α Ι ⊏
Κ Ρ Υ Α Μ Η Κ Ε Τ Ι Π Ε Μ Π Ε Ι
Ν Ε Ι Θ Α Ν Α Τ Ο ⊏
Ε Μ Ω Ν Α Π Ο Π Α Υ Ε Τ Ε Θ Ρ Η Ι

Var. lect. Expressi cum Boeckhio Biagii exemplum. In codice Veronensi desiderantur vs. 4—8 init. singulae litterae, item vs. 5 extrema Δ. Vs. 2 init. illic ΖΝΙ est; vs. 3 fin. ΜΗΤΡΟΙ.

[– ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏑]μα κήδεα πότμου
[– ⏖ – μ' ἐτορᾶς ἐν χθ]ονὶ κεκλιμένον·
[λείπω δ' ἐν μεγάροις γονέα]ς καὶ μητέρα μητρὸς
[καὶ πάππον στυγερῷ πένθεϊ τη]κομένους.
[– ⏖ – ⏖ – ⏖]ας πρὸς ἀλάνπετον ᾅδ[ην]
[– ⏖ – ⏖ – οἰκτρότατ]ος κατέβην.
[ἀλλ' ὀστοῖσι πατὴρ κόνιν εὐσεβέ]ως ἐπέβαλλεν
[καὶ σὺν μητρὶ τάφους ἄμφε]πε σ[ύ]ν τε φίλοις.
[– ⏖ – ⏖ – ⏖ ξεί]νοι[ς] καὶ π[ο]λιήταις
[– ⏖ – ⏖ – – ⏑⏑ – ⏖ ⏓]
[– ⏖ – ⏖ – ⏖ δά]κρυα μηκέτι πέμπει[ν]
[– ⏑⏑ – εἰς γὰρ πάντα μέ]νει θάνατος.
[– ⏖ – ⏖ – ⏑] ἐμῶν ἀποπαύετε θρή[νων]
[– ⏖ – ⏖ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓].

Kaibelii supplementa praeter perpauca nimis incerta repetivi. Versus decimus ab ipso lapicida errore omissus videtur.

651 Lapis anno 1754 ex insula Cephallenia in museum Nanianum translatus. Aeri incisum ed. Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 213 (Mus. Nan. coll. ant. n. 76; Boeckh C. I. G. 1932). In Musei civici Veneti codice 2002 (v. ad n. 643) hic titulus est n. 213. Contulit M. Fränkel.

C A B Є I N O C
C A B Є I N O Y
Y I O C Є T Ω N
N Ā
X A I P Є

Var. lect. Vs. 4 HĀ Pac., NĀ codex Venetus.

Σαβεῖνος | Σαβείνου | υἱὸς ἐτῶν | να' | χαῖρε.

652 Lapis anno 1754 ex Cephallenia in museum Nanianum illatus. Aeri incisum ed. Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 213 (Mus. Nan. coll. ant. n. 77; Boeckh C. I. G. 1931).

T O C H M A T O Y T O
Π O Π Λ I O Y B E I B I O Y
Ā I A T O S Ā Λ O X O S
O Y Λ Π I A A Γ O Y C I Ā
Є T Ω N Λ Z
X A I P Є


Τὸ σῆμα τοῦτο | Ποπλίου Βειβίου | Αἴα(ν)τος ἄλοχος | Οὐλπία Ἀ[π]ουσία | ἐτῶν λξ' | χαῖρε.

Nomina vs. 3. 4 restitui; illud Boeckhius non attigit, hoc quum Ἀγουσία nomen Graecum esse recte negaret, Ἀ[ρ]ουσία i. e. *Aruseia* fuisse sibi persuasit. Sed post Οὐλπία cognomen Graecum potius quam alterum nomen gentile Latinum exspectamus, quare lenissima mutatione Ἀ[π]ουσία reposui. Eiusdem generis substantiva haud infrequenter nominum propriorum vices gerere notum est; ac si quis virtutum quidem vocabula apte sic usurpari concedat, *absentiae* vero notionem ab hoc usu abhorrere iudicet, is reputet filiam patre absente natam non ineptius Ἀπουσίαν nominari quam Romani eiusmodi filio nomen, quod est *Proculus*, imposuerint.

IV.

ITHACA.

653 In insula Ithaca ad marginem septentrionalem portus parvi, cui nomen est Polis, repertus est lapis in duas partes fractus et infra, ut quidem videtur, mutilus. Pars dextra maior (*b*) anno 1868 ab Henrico Schliemanno inventa est et edita in libro *Ithaque, le Peloponnèse, Troie* p. 48 sqq. Anno 1880 hanc partem una cum altera (*a*) photographica arte expressit Stillmann; quam tituli effigiem cum commentario edidit D. Comparetti *Atti della R. Accademia dei Lincei* Ann. CCLXXVIII (1880—1881) Ser. III, *Memorie della classe di scienze morali storiche e filologiche* Vol. VI p. 83 sqq. cum tab. II (Stillmanni photographicam imaginem expresserunt Roehl I. G. A. p. 78 n. 336; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 307 n. 310; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 169 n. 1669).



[Τᾶς Ἀ]θάνας | τᾶς ... | κα[ὶ τ]ᾶς Ἥρ|ας τα..εα | τοὶ [ἱ]ερο-πο|[ο]ί με ἐ[πό]ησ|[αν ....].

Roehlius vs. 1—4 in integrum restituere conatus est sic: [Τᾶς Ἀ]θάνας, | τᾶς Ῥ[έας] | κα[ὶ τ]ᾶς Ἥρ|ας τὰ [ἔτ]εια. Sed neque versu altero littera initialis nominis Ῥέας in Stillmanni imagine agnoscitur neque ƐΑ, quod in fine versus quarti est, recte suppletur [ἔτ]εια, siquidem in huius lapidis litteratura Ɛ non potest veram diphthongum ει significare. Putaverim vs. 2 et 4 cognomina potius Minervae et Iunonis scripta fuisse.

---

654 Cippus cum aëtomate ex Ithaca insula anno 1758 in museum Nanianum translatus. Aeri incisum ed. Paciaudus Mon. Pelop. T. I p. 142 (Mus. Nan. coll. ant. n. 17; G. Gell De Ithaca p. 37; Ion. Ant. T. II p. 38; Boeckh C. I. G. 1926). In Musei civici Veneti codice 2002 (v. ad n. 643) huius tituli apographum esse n. 249, sed tam minutis litteris exaratum, ut legi vix possit, testatur M. Fränkel.

Ι Ε Ρ Ο Σ Ο Χ Ω Ρ Ο Σ Τ Η Σ
Α Ρ Τ Ε Μ Ι Δ Ο Σ Τ Ο Ν Ε
Χ Ο Ν Τ Α Κ Α Ι Κ Α Ρ Π Ο Υ
Μ Ε Ν Ο . Ι Τ Ι Ν Μ Ε Ν Δ Ε
Κ Α Τ Η Ν Κ Α ‒ Α Θ Υ Ε Ι Ν Ε
Κ Α Σ Τ Ο Υ Ε Τ Ο Υ Σ Ε Κ Δ Ε Τ Ο Υ
Π Ε Ρ Ι Τ Τ Ο Υ Τ Ο Ι Ι Ν Α Ο Ν Ε
Π Ι Σ Κ Ε Υ Α . Ε Ι Ν Ε Α Ν Δ Ε Τ Ι Σ
Μ Η Π Ο Ι Η Τ Α Υ Τ Α Τ Η Ι
Θ Ε Ω Ι Μ Ε Λ Η Σ Ε Ι ❦

Ἱερὸς ὁ χῶρος τῆς | Ἀρτέμιδος. τὸν ἔ|χοντα καὶ καρπού|μενο[ν] τ[ὴ]ν μὲν δε|κάτην κα[τ]αθύειν ἑ|κάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ | περιττοῦ τὸ[ν] ναὸν ἐ|πισκευά[ζ]ειν· ἐὰν δέ τις | μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ | θεῷ μελήσει.

Scripturae ratio ac maxime quidem litterarum ligatarum usus haec altero p. Chr. n. saeculo ad finem vergente aut tertio incisa esse arguit. Atque in illam quidem aetatem optime quadrat Xenophontis studium atque aemulatio, quae cernitur in titulo, quem ille Artemisio suo Scilluntio se imposuisse refert Anab. V, 3, 13, ad verbum repetito. Eum vero non vanum ornamentum fuisse fundi, sed revera illum quicumque fuit hominem Ithacensem in patria insula simile Artemisium consecrasse iure meritoque iudicavit Boeckhius.

---

655 Fragmentum tibiae lapideae, quod Schliemannus Ithacae emit de rustico quodam, qui in sarcophago inventum dicebat. Ed. Schliemann *Ithaque, le Peloponnèse, Troie* p. 49; accuratius idem Mykenae p. 88 (Roehl I. G. A. p. 78 n. 337; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 308 n. 311; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 170 n. 1670).

HSADOM

ἱαρός.

656 Collare aureum ex tenui lamina XXVIII pollices longa fabricatum; in medio est nodus Gordius, exquisite ornatus gemmis granatis, rosis aureis et pendulis ornamentis in formam capitum papaveris; opus est eximium. Fiott Lee Britannus reperit in sepulcro quodam Ithacensi. Titulum, qui in interiore parte est, ed. Hughes Itin. T. I p. 164 (Boeckh C. I. G. 1927; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 172 n. 1677).

Σ Α ɸ ɸ Ο Υ Λ Α Ω Δ Α Μ Ι Α Σ

Σαφφοῦ(ς), Λα(ο)δαμίας.

Mendum alterius nominis sustulit Boeckhius. Prius editores Σάφφου scribunt, ac Boeckhius quidem post id commate distinguit, Hoffmannus non item. Quum Σάφφου nihili sit, sumpsi litteram finalem genetivi evanuisse, etsi sic quoque mirum manet, duarum mulierum nomina coniuncta hic inveniri.

657 Litterae rupi incisae iuxta reliquias viae antiquae inter *Aetò* et *Ai Ianvi* in insula Ithaca. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* III p. 37.

Ο Δ

'Οδ[ός] recte supplevit Leake, cum incolae litteras ad Ulixis sui memoriam referrent.

658 Lapis ex Ithaca insula in museum Nanianum delatus. Ex schedis alienis ed. Pocockius Inscr. ant. P. I c. 3 s. 7 p. 42 (Iacobs Anth. Paralip. p. 815 et Anth. Pal. T. II p. 866. T. III Add. p. CIII sq.; Graefe Act. Petropol. vol. VIII p. 643 sq.). Aeri incisum exhibet Biagius Mon. Graec. p. 297 (Mus. Nan. coll. ant. n. 96; Boeckh in prooemio lect. univ. Berol. hib. 1823/4; rep. Opusc. IV p. 195 sq.; C. I. G. 1925 cum Add. p. 988; G. Kaibel Epigr. Graec. 187; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 35 n. 30; E. Cougny Anth. Pal. III p. 114 n. 165; O. Hoffmann *Griech. Dialektinschr.* II p. 170 n. 1671). Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (v. ad n. 643) n. 25, sed quam inde enotavit M. Fränkel primi versus lectionem, ea tam mendosa est, ut eam hic repetere inutile sit.

Τ Η Ν Ω Τ Ο Ι 7 Ο Δ Ε Σ Α Μ Α Τ Ο Λ Α Ι Ν Ο Ν Ω Η Ε Ν Ε Υ Ο Υ Δ Α Μ . .
Ο Σ Γ Ο Κ Ε Ν Α Μ Φ Ι Α Λ Ω Ι Γ Ρ Α Τ Ο Σ Ε Ν Ε Ι Τ Ι Θ Α Κ Α Ι
Κ Α Ι Β Ο Υ Λ Α Ι Κ Α Ι Χ Ε Ρ Σ Ι Ν Ε Σ Α Ρ Ε Α Τ Ι Μ Ε Α Ι Δ Ε Γ Α Ι Δ Ι
Ε Λ Λ Ι Γ Ε Κ Α Ι Κ Τ Η Σ Ι Ν Κ Α Ι Κ Λ Ε Ο Σ Α Θ Α Ν Α Τ Ο Ν

Τήνω τοι τόδε σᾶμα τὸ λάϊνον, ὦ [ξ]εῖν', Εὐθυδάμ[ω],
ὅς ποκ' ἐν ἀμφιάλῳ πρᾶτος ἔ[γ]ε[ν]τ' Ἰθάκᾳ
καὶ βουλᾷ καὶ χερσὶν ἐς Ἄρεα. Τιμέᾳ δὲ παιδὶ
ἔλλιπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον.

Altero a. Chr. n. saeculo titulum incisum arguunt sermo et metrum, quibus Alexandrinorum artem prodi recte monuit Kaibel. Vs. 1 ὦ [ξ]εῖν' emendavit Meineke; vs. 2 ἔ[γ]ε[ν]τ' Buttmann.

659 Cippus sepulcralis, inventus Ithacae. Ex Broendstedii schedis ed. Boeckh C. I. G. 1925*b* I (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*a*).

Α Γ Ε Μ Α Χ Ο Υ

Ἀγεμάχου.

660 Cippus sepulcralis, inventus Ithacae. Ex Broendstedii apographo ed. Boeckh C. I. G. 1925*b* II (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*a*).

Δ Α Μ Ω Σ

Δαμῶς.

661 Lapis sepulcralis, inventus in sepulcro prope vicum *Pillikata* insulae Ithacae. Apographum, quod confecerat Diomedes Pillikas demarchus, transmisit Partsch.

Ε Υ Δ Ο Ρ Ι Χ Α Σ

Εὐδορίχας.

In nomine utique rarissimo nolui quicquam mutare, etsi alteram partem a verbi δέρειν radice descendere haudquaquam probabile et emendatio Εὐδ[ω]ρίχας in promptu est.

662 Cippus sepulcralis, inventus Ithacae. Ex Broendstedii schedis ed. Boeckh C. I. G. 1925*b* III (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*a*).

Κ Λ Ε Ω Ν Ο Σ

Κλέωνος.

663 Cippus sepulcralis, inventus Ithacae. Ex Broendstedii apographo ed. Boeckh C. I. G. 1925*b* IV (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*a*).

Λ Υ Σ Ι Δ Ι Κ Α Σ

Λυσιδίκας.

664 Cippus sepulcralis, inventus Ithacae. Ex Broendstedii apographo ed. Boeckh C. I. G. 1925*b* V (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1673*a*).

Φ Ι Λ Ω Τ Ι Ο Σ

Φιλώτιος.

665 Ithacae. Ex Gustavi Krameri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*q* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1676*c*).

Λ Α Ι Α Ν Δ Ρ Ο Υ
Δ Α Μ Ο Φ Ι Λ Ο Υ

Λαιάνδρου, | Δαμοφίλου.

666 In arce diruta montis *Aito*, qui est in isthmo Ithacae insulae. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* III p. 37 not. 3 tab. XXIV n. 107 (Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*l*; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1674*a*).

Α Μ Υ Ν Τ Α Σ

Ἀμύντας.

667 Lapis sepulcralis, inventus inter rudera arcis antiquae in loco *Aito*, qua insula Ithaca in isthmum angustissimum coartatur. Ed. Leake *Travels in Northern Greece* III p. 37 not. 3 tab. XXIV n. 106 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1674*b*).

ΞΕΝΑ

...... ξένα.

668 In monasterio S. Taxiarchis, quod est prope *Oxoï* in septentrionali insulae Ithacae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 115 (Boeckh C. I. G. 1925*c*; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 170 n. 1672*a*); Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 112.

ΑΓΗΜΟΝΙΔΑ
ΧΑΙΡΕ

Ἀγημονίδα | χαῖρε.

669 Ithacae. Ex schedis Forchhammeri ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*m* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1675*a*).

ΓΑΥΚΙΑ
ΧΑΙΡΕ

Γ(λ)αυκία | χαῖρε.

Aut sic aut Γ[λ]υκία emendandum esse vidit Boeckhius. Illud praetuli, quia nominis a γλυκύς descendentis per omnes illas regiones nullum praesto est exemplum (nam n. 636, 1 incertissimum), quum Γλαῦκος, Γλαύκων aliaque id genus satis frequentia sint.

670 Prope locum *Melanydro*, qui est in vicinia vici *Oxoï* siti in septentrionali insulae Ithacae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 114 (Boeckh C. I. G. 1925*e*); Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 108.

ΘΕΟΔΩΡΕ
ΧΑΙΡΕ

Θεόδωρε | χαῖρε.

671 Lapis infra fractus, Ithacae. Ex Forchhammeri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*o* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1675*b*).

ΚΛΗΝΑΓΟΡΑ
ΧΑΙΡΕ
ϟΩϟΥ

Κληναγόρα | χαῖρε. | Σωσύ[λε | χαῖρε].

Tertium versum Boeckhius et Hoffmannus non attigerunt, sed supplementum certum videtur. De Κληναγόρα nominis scriptura cf. adn. ad n. 577. 600, 2.

672. 673 Lapis inaedificatus in pariete domus in vico *Exogi* (*Oxoï*), sito in septentrionali et occidentali insulae Ithacae parte. Titulum n. 672 ex Gustavi Krameri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*p* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1676*b*). Utrumque exscripsit Partsch, qui monet epigramma n. 673 cum propter lapidis posituram tum propter calcem, qua is obductus sit, lectu difficillimum esse.

(672) ΚΡΙΤΟΛΑΕ
ΧΑΙΡΕ

(673) ΩΚΘΔΘΜΗΣΙΑΥΤΗΗΚΥΔΙΛΖΥΝ
ΑΡΘΜΗΣΚΛΙΕΣΘΛΗΝΤΘΥΝΑΝΙΕ
ΡΟΤΑΤΧΑΤΙΧΔΕΣΘ ΘΥΙΥΓΙΧΚ/
ΓΙΝΙΘΙΙΧΙΧΛΧΙΕ ΘΙΛΙΡ
ΔΗΣΚΑΙΦΡΟΝΤΗΔΟΣ
ΑΥΤΧΣΜΥΙΗΔΟΝΘΣΛΞ
ΠΧ(´Λ)

vas anaglypho expressum

672 Κριτόλαε | χαῖρε.

Tituli n. 673, qui versibus herois aut elegiacis compositus fuisse videtur, pauca modo vocabula leguntur. Vs. 1 ὠκοδόμησ' αὐτῇ; vs. 2 καὶ ἐσθλήν; vs. 5 [σπου]δῆς καὶ φροντ[ί]δος.

674 In vico *Oxoï* sito in septentrionali insulae Ithacae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 114 (Boeckh C. I. G. 1925*g*); Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 110 (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1672*c*).

ΜΟΛΩΤΑ
ΧΑΙΡΕ

Μολῶτα | χαῖρε.

675 Ithacae. Ex Gustavi Krameri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*r* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1676*d*).

ΠΟΛΥΚΡΙΤΑ
ΧΑΙΡΕ

Πολυκρίτα | χαῖρε.

676 Ithacae. Ex Broendstedii schedis ed. Boeckh C. I. G. 1925*i*.

ΣΩΣΙΜΙΟΣΧΑΙΡΕ

Σωσίμιος χαῖρε.

Nomen mihi non diversum videtur a notissimo illo, quod est Σωσίβιος. Neque vero in incidendo aut in transscribendo erratum esse existimo, siquidem antiqua quidem, quae in illis regionibus usitata fuerat, litterae βῆτα forma Μ (cf. n. 521, 4), quae sane cum Μ facile confundi poterat, aliena est ab hoc titulo, cuius aetatem inferiorem χαῖρε additum prodit; vulgaris vero ne levissimam quidem cum Μ similitudinem habet. Quod contra pronuntiatione has duas consonas haud infrequenter permutatas esse in sermone Graeco constat.

677 In vico *Oxoï* sito in septentrionali insulae Ithacae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 114 (Boeckh C. I. G. 1925*d*; O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 170 n. 1672*b*); Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 111.

Ε Λ Α ɸ Ι Ε Λ Α ɸ Ι
Λ Α Μ Ι Σ Κ Ε Χ Α Ι Ρ Ε Τ Ε

Ἐλαφί, Ἐλαφί, | Λαμίτκε χαίρετε.

678 Lapis sepulcralis, prope *Melanydro* in vicinia vici *Oxoï* siti in septentrionali insulae Ithacae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 114 (Boeckh C. I. G. 1925*k*); Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 109.

Σ Ε Π Τ Ο Υ
Μ Ε - Μ Ο Υ Σ Ι
Κ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Σέπτου|με μουσι|κὲ χαῖρε.

Hic μουσικέ proprium nomen non esse inde apparet, quod praemittitur cognomen Latinum, non nomen gentile.

679 Lapis inaedificatus in pariete domus in vico *Exogi*, qui vulgo *Oxoï* vocatur, insulae Ithacae. Ed. Boeckh ex G. Krameri schedis C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*n* (O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 171 n. 1676*a*). Exscripsit Partsch, cuius exemplum exprimimus.

Δ Ά Μ Ο Ξ Θ Ε Ν Η
Τ Ε Ι Ξ Υ Ά Χ Ά Ι Ρ Ε Τ Ε

Δαμοσθένη, | Τεισύα, χαίρετε.

680 Ithacae. Ex P. Forchhammeri schedis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 988 n. 1925*s*.

C Ω Ι Λ Ο C
C Ω Τ Ι Ω Ν

Σωῖλος, | Σωτίων.

Prius nomen errore pro notissimo illo Ζωΐλος exscriptum putarem, nisi hic haberetur ea litterae C forma, cui nulla intercedit cum Ζ similitudo.

681 Cippus sepulcralis prope vicum *Oxoï* situm in septentrionali Ithacae insulae parte. Edd. G. Gell Ithaca p. 115 (Boeckh C. I. G. 1925*f*); accuratius Leake *Travels in Northern Greece* III p. 52 tab. XXIV n. 113.

Θ Є Ο Δ Ω
Ρ Ο C Є Υ
Τ Υ Χ Ο Υ ✧
Є Τ Ω Ν Ꟍ Ο C

Θεόδω|ρος Εὐ|τύχου | ἐτῶν ος΄.

V.

CORCYRA.

1. PLEBISCITA CORCYRAEORVM.

682 Tabula ahenea cum aëtomate, intra quod noctuae imago duobus ramis oleagineis circumdata, inventa anno 1839 in Palaeopoli Corcyraeorum, illata in collectionem Woodhousii et ex ea in museum Britannicum. Edd. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 188 n. VI; W. Vischer *Epigr. und arch. Beiträge aus Griechenland* p. 7 (*Kleine Schriften* II p. 13) n. 22 tab. I, 4; omnium accuratissime C. T. Newton *Greek inscriptions in the British Museum* II p. 30 n. CLXVI (tab. III), cuius exemplum repetimus (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 34 n. 28. ed. 2 p. 56 n. 89; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 89 n. 3199).


[*Textum vide pag. 147.*]

Litteras tituli argento expletas esse testatur Newton.

Πρύτανις Στράτων· | μεὶς Ψυδρεύς, ἁμέρα τε|τάρτα ἐπὶ δέκα· προστάτας | Γνάθιος Σωκράτευς· | πρόξενον ποεῖ ἁ ἁλία | Διονύσιον Φρυνίχου | Ἀθηναῖον αὐτὸν καὶ | ἐκγόνους. δίδωτι δὲ καὶ | γᾶς καὶ οἰκίας ἔμπασιν. | τὰν δὲ προξενίαν γράψαν|τας εἰς χαλκὸν ἀνθέμεν | εἴ κα προβούλοις καὶ προδίκοις δοκῆι καλῶς ἔχειν.

Διονύσιον | Φρυνίχου | Ἀθηναῖον.

Et formulis et litteratura hoc decretum a reliquis eiusdem generis (n. 685—688) tantopere discrepat, ut magnum temporis intervallum intercedere manifestum sit. Ac scriptura quidem plane quadrat in finem quarti a. Chr. n. saeculi, cui Vischerus titulum vindicavit. Qui quod Dionysii patrem Phrynichum archontem Ol. 110, 4 (a. 337 a. Chr.) esse coniecit, id sane propter nomen neutiquam rarum in medio relinquendum est. Neque certius est, eundem Stratona Corcyraeorum prytanin hic haberi, cuius nomen in latere cocto impressum habes infra n. 805, quae est eiusdem hominis docti sententia. Namque laterum illorum aetas multo inferior est, quam huius decreti; cf. quae exposui ad n. 735. Ψυδρεύς mensis nomen ad Mercurii cognomen ceteroquin ignotum, simile illud quidem eis quae tradita sunt Δόλιος et Ψιθυριστής, ingeniose revocavit Vischerus. Similiter apud Corcyraeos mensis Μαχανεύς (n. 694,



1. 48) ab Iovis et fortasse Εὔκλειος (n. 694, 51. 57. 59) a Dianae cognomento appellatus est. Minus recte προστάτας (vs. 3) idem homo doctus de eis interpretatur, qui apud Thucydidem III, 75, 2. IV, 46, 4 et Aeneam Poliorc. 11, 15 προστάται τοῦ δήμου audiant; nam hos G. Gilbertus *Griech. Staatsalterthümer* II p. 235 not. 1 recte monuit non magis magistratus esse quam homines, qui Athenis eadem voce significarentur. Praestat igitur προστάταν προβούλων hic agnoscere, cuius muneris mentio redit n. 694, 117. Noctuam Atheniensium civitatis insigne in hac tabula expressam Newtonus composuit cum illis duabus securibus, quae in plebiscito Eleorum de Damocratis Tenedii honoribus (Olympia V p. 75 n. 39) essent. Ipsam noctuam habes in frustulo tabulae aheneae Olympiae effosso (Olympia V p. 745 n. 819). Atque hunc morem frequentem fuisse apud Graecos Mustoxydis probavit allato Antigoni loco de rebus mirabilibus c. 15: ἐν δὲ Κράννωνι τῆς Θετταλίας δύο φασὶν μόνον εἶναι κόρακας· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν προξενιῶν (cod. προξένων, em. Locella) τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως (καθάπερ ἐστὶν ἔθιμον πᾶσι προσπαρατιθέναι) ὑπογράφονται δύο κόρακας ἐφ᾽ ἁμαξίου χαλκοῦ. Vs. 12 init. εἴ κα Vischer, Newton, εἶ κα recte Mustoxydis, Blass.

683 Lapis anno 1758 e Corcyrae Palaeopoli sublatus et in museum Nanianum illatus. E schedis Apostoli Zeni ed. Montfaucon Diar. Ital. p. 427 (inde Mustoxydis Illustr. Corcyr. II p. 92 sqq.). Aeri incisum exhibet Passerius Observ. antiq. Sect. II p. 4 (Collect. antiq. mus. Nanian. n. 59; Boeckh C. I. G. 1839); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 177 n. III (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 87 n. 3196).

Δ Ι Κ Ο Ι Σ Δ Ι Α Τ Ο Π Ο Λ
Κ Ι Ν Δ Υ Ν Ε Υ Σ Α Σ Μ Ε Τ Α Π Λ Ο Ι Α
Ω Ν Α Φ Ε Ι Λ Ε Τ Ο Μ Ε Ν Τ Α Π Λ Ο Ι Α Κ Α Π
Ι Ω Ν Δ Ι Α Φ Θ Ε Ι Ρ Α Σ Τ Ω Ι Π Λ Η Θ Ε Ι Ν Ι Κ Α Θ Ε Ι
Α Π Ο Λ Ι Ν Α Α Λ Σ Ο Σ Ω Σ Κ Α Λ Λ Ι Σ Τ Ο Ν Ε Ι Κ Α
Ε Π Τ Ο Μ Ε Ν Ο Ι Σ Α Ρ Μ Ο Ζ Ε Ι Ν Φ Α Ι Ν Η Τ Α Ι Κ Α Ι Γ
Π Ο Λ Ε Μ Ι Σ Α Ν Τ Α Σ Ω Σ Κ Α Λ Λ Ι Σ Τ Α Κ Α Μ Α Θ Ε Κ Α Σ Τ
Α Σ Γ Ε Ν Ο Μ Ε Ν Ο Υ Σ Ω Σ Η Ρ Ω Τ Ι Μ Η Ν Τ Ο Ν Τ Ε
Ο Φ Ο Ρ Ω Ν Δ Υ Ω Δ Ε Κ Α Ε Κ Α Τ Ε Ρ Ω Ν Τ Ω Μ Μ Ε Ι
Η Π Α Σ Α Ν Δ Ι Δ Ο Ν Τ Ο Σ Α Υ Τ Α Ι Σ Τ Ο Υ Τ Α Ν
Κ Α Σ Τ Α Κ Ι Σ Π Ρ Ο Β Ο Υ Λ Ο Ι Σ Κ Α Ι Π Ρ Ο Δ Ι Κ Ο Ι
Ν Α Μ Φ Ι Π Ο Λ Ο Ν Τ Ε Κ Α Θ Α Π Ε Ρ Κ Α Ι Ε Ι Σ Α Λ
Ι Σ Ε Ι Σ Α Λ Κ Ι Ν Ο Υ Ν Κ Α Ι Δ Α Μ Ο Κ Ο Α
Δ Ρ Ε Ι Ο Ν Π Ο Π Α Ι Κ Α Ι Σ Τ Ε Ι Α Ν

Var. lect. Cum Boeckhio Montfauconi exemplum exprimimus, tabula aenea Passerii et plenius et accuratius illud quidem. Vs. 1 extr. ΤΟΠΩ Pass. || vs. 2 extr. ΤΑΠΛΟΙΑ om. Pass. Must. || vs. 3 extr. ΟΙΑΚΑΠ om. Pass. || vs. 5 init. ΠΟΛΙΝĀVΔΣΟΣ Pass., ΑΠΟΛΛΙΝΙΑΛΣΟΣ Montfaucon || vs. 6 init. ΠΤΟΜ Pass. || vs. 12 ΠΕΡΙΕΙΣ Λ Pass. || vs. 13 init. nihil nisi ΝΟΥΝΚΑΙΛΑΜΟΚΟΑ Pass., Montfauconus levi errore habet ΑΛΚΙΗΟΥΝ || vs. 14 Pass. nihil nisi in fine Α---ΜΙΣΤ.

[------ προβούλοις καὶ προ]δίκοις διὰ τὸ πολ....... | .... κινδυνεύσας μετὰ πλοια[ρίων ..... | ...... μικρ]ῶν ἀφείλετο μὲν τὰ πλοῖα κα[ὶ ....., πολλοὺς | δὲ τῶν πολεμ]ίων διαφθείρας, τῷ πλήθει νικαθεὶ[ς ἐτελεύτασεν ..... | .... κατ]ὰ πόλιν ἄλσος ὡς κάλλιστον, εἶ κα [προβούλοις | καὶ προδίκοις σκ]επτομένοις ἁρμόζειν φαίνηται, καὶ γ....... .. | .... πολεμ[ή]σαντας ὡς κάλλιστα κα[ὶ κ]αθ᾽ ἕκαστ[α ...... ἀρίστους ἄνδρ]ας γενομένους, ὡς ἥρω τιμὴν τόν τε [ναύαρχον καὶ τοὺς

στρατιώτας ......]οφόρων δυώδεκα ἑκατέρων τῶμ με[ρῶν ....|... ...]η, πᾶσαν διδόντος αὐταῖς τοῦ τα[μία ......|....... τοῖς ἑ]καστάκις προβούλοις καὶ προδίκοι[ς ....|......]ν ἀμφίπολόν τε καθάπερ καὶ εἰς ἄλ[λα ἱερὰ ....|....... κα]ὶ εἰς Ἀλκίνουν καὶ Δαμοκ[ρ]ά[τη ....|..................]δρεῖον [δ]ο[ῦν]αι καὶ στε[φ]αν[ῶσαι ... .].

Honores nauarchi, qui fortiter pugnans mortem oppetierat, hic haberi viderunt editores. Neque vero contra nescio quam aliam civitatem bellum gestum hic indicari, sed contra praedones existimaverim maxime propter vs. 3, ubi ἀφείλετο τὰ πλοῖα vix aliter intelligi potest ac de navibus quibusdam onerariis civium Corcyraeorum, quas ab illis captas nauarchus pugnando recuperaverit. Eiusmodi rerum gestarum mentio frequens est in titulis Graecis maxime tertii a. Chr. n. saeculi ad finem vergentis, cui etiam hunc titulum vindicaverim. Nam litterarum formae, quae sane (maxime Z vs. 6, v. adn. ad n. 692) multo recentiorem aetatem indicare videntur, nullam habent fidem. Paucis locis (vs. 2. 9. 14) paullo plura supplere ausus sum quam priores editores; vice versa sub finem tituli nonnulla a Mustoxyde sollerter excogitata tamen recipere nolui, quia nimis incerta existimo.

684 Marmor fractum ab omnibus partibus praeter superiorem, ubi ante versum primum vacuum spatium sex fere digitorum latitudine est, duplici linea ab inscriptione separatum. Inventus lapis in Palaeopoli Corcyraeorum et translatus in collectionem Woodhousii. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 183 n. IV (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 538 n. 1; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 88 n. 3197).

ΣΤΟΝΤΡΟΠΟΝΚΑΙΤΟΝΑΛ
ΑΙΩΙΦΡΟΥΡΙΟΥΥΠΑΛΛΩΝ
ΜΕΝΑΝΑΥΤΟΤΑΜΠΟΛ
ΥΣΑΥΤΟΣΑΥΤΟΝΕΠ
ΔΥΝΟΥΣΟΙΠΡΟΔΗΛ
ΣΕΓΕΝΗΘΗΠΡΟ

......ς τὸν τρόπον καὶ τὸν ἄλ[λον ....|... τοῦ ἐπὶ τῷ ... .]αίῳ φρουρίου ὑπ' ἄλλων ....|.. κομισα]μέναν αὐτὸ τὰμ πόλ[ιν .. ...|....... ἐπιδο]ὺς αὐτοσαυτὸν ἐπ[ὶ ......|...... κιν]δύνους οἱ προδηλ[ούμενοι ....|.........]ς ἐγενήθη προ.......

Titulus similis argumenti ac n. 693. Cur tamen eiusdem tabulae fragmentum putemus, quae est Blassii coniectura, non video satis idoneam causam. Recepi Blassii supplementa praeter vs. 5, ubi is [κιν]δύνους, οἱ πρόδηλ[οι]. Sed videtur hic potius ὁ προδηλούμενος hominem antea commemoratum significare.

685 Tabula ahenea, quae supra aëtoma habet, infra quandam quasi plinthum, in qua scripti sunt postremi duo versus. Corcyrae olim in collectione Francisci Prossalendi, unde postea Athenas translata est. Edd. Mustoxydis Illustr. Corcyr. I p. 188; Dodwell Itin. T. II p. 503 (Boeckh C. I. G. 1844); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 194 n. IX; accuratius Pittakis Eph. 3703 (P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 34 n. 29. ed. 2 p. 56 n. 90; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 91 n. 3203).

ΕΔΟΞΕΤΑΙΑΛΙΑΙΠΡΟ
ΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝΤΑΣ
ΠΟΛΙΟΣΤΩΓΚΟΡΚΥ
ΡΑΙΩΝΦΙΛΙΣΤΙΩΝΑ
ΘΕΥΔΩΡΟΥΛΟΚΡΟΝΑΥ
ΤΟΓΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΕΙ
ΜΕΝΔΕΑΥΤΩΙΓΑΣ
ΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΓΚΤΑΣΙΝ
ΚΑΙΤΑΛΛΑΤΙΜΙΑΟ
ΣΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡ
ΓΕΤΑΙΣ[Γ]ΕΓΡΑΠΤΑΙ
ΤΑΝΔΕΠΡΟΞΕΝΙΑΝ
ΓΡΑΨΑΝΤΑΣΕΙΣΧΑΛ
ΚΩΜΑΑΝΑΘΕΜΕΝΟ
ΠΕΙΚΑΔΟΚΗΠΡΟΒΟΥ
ΛΟΙΣΚΑΙΠΡΟΔΙΚΟΙΣ
ΚΑΛΩΣΕΧΕΙΝΤΟΝ
ΔΕΤΑΜΙΑΝΔΟΜΕΝΤΟ
ΓΕ.ΟΜΕΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑ

ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΑΘΕΥ
ΔΩ[Ρο]ΥΛ[ο]ΚΡοΝ

Expressi Pittakis apographum, intra cancellos additis iis litteris, quas is non iam invenit in tabula. Sed vs. 8, ubi ille ΟΚΙΑΣ exhibet pro antiquiorum exemplarium lectione ΟΙΚΙΑΣ, eum secutus non sum. Etenim typothetae, non antiqui sculptoris errorem hunc esse inde apparet, quod Pittakis in adnotatione, ubi discrimina inter ipsum aes et Boeckhii editionem intercedentia singillatim enumerat, huius loci mentionem non facit.

Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ, πρό|ξενον εἶμεν τᾶς | πόλιος τῶγ Κορκυ|ραίων Φιλιστίωνα | Θευδώρου Λοκρὸν αὐ|τὸγ καὶ ἐκγόνους. εἶ|μεν δὲ αὐτῷ γᾶς | καὶ οἰκίας ἔγκτασιν | καὶ τἆλλα τίμια, ὅ|σα καὶ τοῖς ἄλλοις | προξένοις καὶ εὐερ|γέταις γέγραπται. | τὰν δὲ προξενίαν | γράψαντας εἰς χάλ|κωμα ἀναθέμεν ὅ|πει κα δοκῇ προβού|λοις καὶ προδίκοις | καλῶς ἔχειν· τὸν δὲ ταμίαν δόμεν τὸ | γ[εν]όμενον ἀνάλωμα.

Φιλιστίωνα Θευ|δώρου Λοκρόν.

Decreta honoraria n. 685—688, ut a n. 682 magno temporum hiatu distinentur, sic inter se aetate supparia esse apparet. Quae quod Boeckhius reiecta Mustoxydis usque ad finem quinti a. Chr. n. saeculi ascendentis opinione circa Ol. 140 (a. 220 a. Chr.) exarata indicavit, non videtur quidem nimium a vero aberrasse, sed nescio an etiam aliquot decenniis recentiora habenda sint. Etenim eis quidem, quarum litteraturam accurate cognitam habeamus (n. 686. 687), egregia hoc nomine intercedit similitudo cum titulo n. 689, quem anno 182 a. Chr. incisum constat, ac si omnino quicquam discriminis statui licet, ille his paullo antiquior potius videtur quam recentior. Adde quod proxeni pater n. 686, 2. 17 Attalus vocatur, quod nomen civem Ambraciotam gessisse vix ante Attali I regnum (a. 241—197 a. Chr.) probabile est, ut filii aetas ea, qua a Corcyraeis hospitem publicum ascitum credibile sit, non possit non in secundum a. Chr. n. saeculum incidere. Etiam iota mutum in coniunctivis omissum (n. 685, 16. 688, 13) huic aetati melius convenit (cf. adn. ad n. 692).


Qui inter hos titulos intercedat temporum ordo, definire lubricum est. Nam antiquiori litterae Ξ formae, quam una habet tabula n. 685 (vs. 1. 2. 11), ac ne haec quidem constanter (vs. 13 Ξ est), propterea nihil tribuendum est, quia iam plus quam saeculi spatio antiquius decretum n. 682 simpliciorem Ξ habet. Maioris momenti est, quod unus titulus n. 688, 14 prodicis et probulis adiungit praetores (στραταγούς), quum

n. 682 in illis duobus modo magistratibus commemorandis cum n. 685. 686. 687 consentiat, unde haud absurde colligas, illum horum omnium titulorum recentissimum esse.

Philistio, cui hic proxeniae honos tribuitur, ex Locrorum Epizephyriorum civitate oriundus fuisse videtur, cum quia nomen Φιλιστίων maxime in Sicilia et Italia meridionali frequens est, tum quia Locri Ozolae et Opuntii non solent in originis significatione solum gentis vocabulum omisso civitatis nomine usurpare.

---

686 Tabula ahenea inventa Corcyrae, delata in museum Britannicum. Edd. Dodwell Itin. p. 505 (Boeckh C. I. G. 1843); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 191 n. VII, cf. Roehl Sched. epigr. p. 6; omnium accuratissime C. T. Newton *Greek inscriptions in the British Museum* II p. 31 n. CLXVII tab. II fig. 2, cuius exemplum exprimimus (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 90 n. 3202).




Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ, πρόξε|νον εἶμεν Πανσανίαν Ἀτ|τάλου Ἀμβρακιώταν | τᾶς πόλιος τῶν Κορκυραί|ων αὐτὸν καὶ ἐγγόνους· | εἶμεν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ | ἄλλα τίμια, ὅσα καὶ τ[οῖς] | ἄλλοις προξένοις [καὶ] | εὐεργέταις γέγ[ραπ]|ται. τὰν δὲ προξενί|αν προβούλους καὶ προ|δίκους γράψαντας εἰς | χάλκωμα ἀναθέμεν, | τὸν δὲ ταμίαν δόμεν | τὸ γενόμενον ἀνάλω|μα. Πανσανίαν Ἀττάλου | Ἀμβρακιώταν.

Cf. quae adnotavi ad n. 685.

---

687 Stela exigua ahenea infra paullo latior quam supra, fracta ab inferiore parte. Planicies, quae scripturam habet, utrimque continetur duabus antis, quae epistylium et aëtoma sustinent, cuius summa pars periit. Tota stela a. 0,142, l. 0,122, planicies inscripta lata a superiore parte 0,95, ab inferiore 0,98. Litterae accurate incisae. Corcyra tabula translata est Venetias in museum Nanianum, unde in Correrianum (hodie *museo civico*) pervenit. Ed. Biagius Descr. Ath. p. 305 et in epistula ad Marinium, quae est in Guattani Monum. ined. p. LXX. Aliud apographum, a clerico quodam Graeco acceptum, ed. St.-Sauveur Itin. T. I p. III cum tabula aeri incisa (Mustoxydis Illustr. Corcyr. I p. 201). Ex his exemplis et apographo, quod a Webero negotiatore Veneto acceperat, ed. Boeckh C. I. G. 1842 (Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 192 n. VIII; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 90 n. 3201). Anno 1896 exscripsit M. Fränkel, cuius exemplum exprimimus.



Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ, προξέ|νους εἶμεν τᾶς πόλιος | τῶν Κορκυραίων Λυκίσκον | καὶ Ἐχεσθένη Δημοπεί|θους Πριην(ε)ῖς, ὑπάρχειν τε | αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις γᾶς | καὶ οἰκίας ἔγκτασιν καὶ | τὰ ἄλλα τίμια, ὅσα καὶ | τοῖς ἄλλοις προξένοις | καὶ εὐεργέταις ὑπάρχον|[τι π]αρὰ Κορκυραίοις. τὰν | [δὲ προξεν]ίαν ἐκγράψαν|[τας εἰς χάλκωμα ἀνα]θέ|[μεν - - - - - - - -].

Cf. quae adnotavi ad n. 685.

---

688 Tabula ahenea, quae habet a superiore parte aëtoma, ab inferiore quandam quasi plinthum, in qua postremi duo versus scripti sunt, inventa in Palaeopoli Corcyrae; fuit apud Victorium Gangadi Corcyraeum, postea Athenas translata est. Edd. Polycarpus Bulgari in folio singulari Venetiis a. 1786 cum interpretatione Italica; Biagius in epistula ad Marinium expressa in Guattani Monum. inedd. a. 1787 p. LXVIII sqq. Ex apographo, quod a clerico quodam Graeco acceperat, St.-Sauveur Itin. T. I p. 112 sqq.; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 196 sqq.; Dodwell Itin. T. II p. 238; Kendrick *Ionian islands*, Londini 1822 p. 238; Müller *Reise durch Griechenland und die ionischen Inseln*, Lipsiae 1822 (Rose Inscr. Graec. p. 280 sqq.; Boeckh C. I. G. 1841 cum Add. p. 986); Pittakis Eph. 3704 (Franz Elementa epigr. Graec. p. 217 n. 80); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 196 n. X (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 90 n. 3200).

ΕΔΟΞΕΤΑΙΑΛΙΑΙΠΡΟ
ΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝΒΟΙΣΚΟΝ
ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣΔΩΔΩ
ΝΑΙΟΝΑΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟ
ΝΟΥΣΕΙΜΕΝΔΕΑΥΤΟΙΣ
ΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΓΚΤΑ
ΣΙΝΚΑΙΤΑΑΛΛΑΤΙΜΙ
ΑΟΣΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΙΕΥΕΡΓΕ
ΤΑΙΣΤΑΝΔ¯ΠΡΟΞΕΝΙ
ΑΝΓΡΑΨΑΝΤΑΣΕΙΣΧΑΛ
ΚΩΜΑΑ ΕΜΕΝΟΠΕΙ
ΚΑΔΟΚΗΠΡΟΒΟΥΛΟΙΣΠΡΟ
ΔΙΚΟΙΣΣΤΡΑΤΗΓΟΙΣΚΑ
ΛΩΣΕΧΕΙΝΤΟΝΔΕΤΑΜΙ
ΑΝΔΕΜΕΝΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΑΝΑΛΩΜΑ ΚΟΡΚΥΡΑ

ΒΟΙΣΚΟΝ ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ
ΔΩΔΩΝΑΙΟΝ

Vs. 17 ΚΟΡΚΥΡΑ recentiore demum aetate additum esse, id quod iam Boeckhius coniecerat, testatur Mustoxydis.


Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ, πρό|ξενον εἶμεν Βοῖσκον | Λυκόφρονος Δωδω|ναῖον αὐτὸν καὶ ἐκγό|νους· εἶμεν δὲ αὐτοῖς | γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτα|σιν καὶ τὰ ἄλλα τίμι|α, ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις | προξένοις καὶ εὐεργέ|ταις. τὰν δ[ὲ] προξενί|αν γράψαντας εἰς χάλ|κωμα ἀ[νθ]έμεν ὅπει | κα δοκῇ προβούλοις, προ|δίκοις, στρατηγοῖς κα|λῶς ἔχειν. τὸν δε ταμί|αν δ[ό]μεν τὸ γενόμενον | ἀνάλωμα.

Βοῖσκον Λυκόφρονος | Δωδωναῖον.

Cf. quae adnotavi ad n. 685.

2. ALIAE LITTERAE PVBLICAE.

689 Lapis inventus anno 1812 a militibus Francogallis inter rudera antiqui Corcyraeorum oppidi, cum munitionum exstruendarum causa solum foderent. Lapis periisse videtur, sed apographum transmissum est Mustoxydi, qui edidit *Delle cose Corciresi* p. 208 n. XIII (inde C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 540 n. 3 cum tabula n. 1; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 92 n. 3205).



[Στραταγο]ῦντος Θεσσαλῶν | [μὲν Ἱππο]λόχου τοῦ Ἀλεξίππου | [τὸ δεύτ]ερον Λαρισαίου, μηνὸς | [ὡς Θε]σσαλοὶ ἄγοντι Θεμιστίου | [ἁμέρ]ᾳ τριακάδι, Περραιβῶν δὲ στρα|[ταγο]ῦντος Δημητρίου τοῦ Δημαινέ|[του Γ]οννέως, μηνὸς καθὼς Περραιβοὶ | [ἄγον]τι Δίου ἁμέρᾳ τριακάδι, ἐπιτρο|[πὰν] δόντων Μονδαιέων καὶ Ἀζωρι|[αστᾶ]ν, μναμονεύοντος Λυσάνο[ρος | τοῦ] Φιντύλου Ἀπολλωνιάτα κα[ὶ | συν]δικαστᾶν Ξενοφάντου τοῦ | [Δα]μέα Κορκυραίου, Κλεοστράτο[υ | τοῦ] Δαμάρχου Δυρραχίνου, ἐκρίναμ[ε|ν ἐλθ]όντες ἐπὶ τὰν χώραν, περιαγησα|[μένων] ἑκατέρων, ὅρους εἶμεν Μον|[δαιεῦσ]ι καὶ Ἀζωριασταῖς ἀπὸ τ[.. | ....], εἶτ' αὖ Μονδαιέων μὲ[ν εἶμεν | ...., Ἀζω]ριαστᾶν [δὲ ....].

Arbitrium inter duos Graeciae septentrionalis populos de finibus agrorum litigantes, datum illud quidem anno Ol. 149, 3 (a. 182 a. Chr.), id quod Wachsmuthius primus perspexit, suppleto praetoris Thessalorum nomine ex Eusebii versione Armeniaca (I p. 245, 7 ed. Schoene), ubi quinto decimo loco, qui in illum annum incidit, recensetur Hippolochus Alexippi f. Larisaeus. Ad hunc iam ante Wachsmuthium Mustoxydis et Letronnius retulerunt nummos Thessalicos ap. Mionnet Suppl. III p. 262 n. 4 (*Catalogue of Greek coins, Thessaly to Aetolia* p. 5 n. 57—59) cum inscriptione ΙΠΠΟΛΟΧΟ. Eundem hominem anno 191 a. Chr. Scotusae cum praesidio Larisaeorum, cui ibi praeerat, a Romanis captum esse (Livius XXXVI, 9, 4. 14) iam Niebuhrius monuerat. Denique archonte Delphis Praxia, a. 178 a. Chr., eum hieromnemonem Thessalorum fuisse didicimus ex decreto Amphictionum, quod edidit P. Foucart *Bull. de corr. Hell.* VII (1883) p. 427 n. VI vs. 3 sqq.: Θεσσαλῶν Ἱπ|πολόχωι Ἀλεξίππου, Πολυξένωι Θρασίππου | Λαρισαίοις. Ex civitatibus litigantibus cum Azorum Perrhaebiae esse constet (v. E. Oberhummer ap. Pauly-Wissowa *Realencykl.* II, 2 p. 2645), sequitur ut Mondaea Thessalorum sit, quia utriusque gentis summus magistratus praescribitur. Utrumque vero oppidum maxime ad septentriones ad ipsa Macedoniae confinia situm fuisse videtur. Et Mondaeensium quidem antea plane ignotorum alteram mentionem indicavit B. Latyschew *Mitth. des arch. Inst. in Athen* VII (1883) p. 381 in catalogo proxenorum Delphicorum *Bull. de corr. Hell.* VII p. 185 sqq., ubi Haussoullierus ΕΝΚΟΝΔΑΙΑΙ quidem exhibet, sed definite testatur litteram Κ incertam esse. Tertia accessit in lamina Dodonaea a Blassio huc relata, quae incipit a verbis ἐπικοινᾶται Μον[δ]αιατᾶν τὸ κοινόν (v. indicem huius voluminis).

Quot arbitri fuerint, ambigi potest. Wachsmuthius duos statuit, alterum Corcyraeum, alterum Dyrrhachinum; in eadem sententia videtur Blassius esse, quippe qui μναμονεύοντος de magistratu publico intellegat, provocans ad Sylloges meae p. 12 not. 4. Sed quid Apolloniatarum civitati eiusque magistratibus cum hac lite? Quare mihi praestare videtur, tresviros arbitros intellegere, ex quibus, qui toti negotio praeest, μνάμων, reliqui duo eius collegae iudices (συνδικασταί) vocantur. Sane μνάμονος nomen sic alibi non reperitur; sed si quis propterea malit μνάμονα scribam arbitrorum intellegere, is nominum ordine refutetur.

In supplementis quid Mustoxydi, Wachsmuthio, Blassio debeatur, distinguere huius loci non est; sed indicandum est, vs. 10. 17. 19 me ab eorum omnium ratione discessisse in restituenda ethnici forma, quae est Ἀζωριασταί. Haec vs. 17 totidem litteris scripta exstat; nam quod edi-

tores Ἀζωρίας ταῖς scribunt, id sententiam et structuram enuntiati pervertit; idem in vs. 19 cadit. Neque quicquam mirum est in illa ethnici derivatione; plane gemina forma finitimi oppidi Dii incolae Διέσται et Διάσται vocabantur (Herodian. ed. Lentz I, 78, 16), atque omnino multa Macedoniae vicinarumque regionum ethnica in -στής cadere, non modo ubi σ ad stirpem vocis primitivae pertinet (Ὀρέσται), sed etiam ubi non potest non ad suffixum referri, ut in Λυγκηστής a Λύγκος et in Κυρρέστης vel Κυρρήστης a Κύρρος derivato. Ex reliquis exemplis apud Herodianum Πιάσται ad Pontum Euxinum incolentes longius distant; Προνάσται vero Boeotiae omnino ficticii esse videntur, cum vox nihil nisi homines antea in terra habitantes significet. In ipsa Thessalia vero septentrionali situm erat Phacium oppidum (Bursian *Geogr. von Griechenland* I p. 53. 68), cuius in nummis ΦΑΚΙΑΣΤΩΝ legitur (*Catalogue of Greek coins, Thessaly to Aetolia* p. 40). Cf. etiam *Bull. de corr. Hell.* IV (1880) p. 101 n. 1, ubi est Ἐορδαῖος Κραννέστης, coniuncto regionis et oppidi nomine, ut Κρὴς Λύττιος aut Θετταλὸς Σκοτουσσαῖος.

---

690 Lapis inventus anno 1812 a militibus Gallis inter rudera antiquae urbis Corcyraeorum, cum munitionum exstruendarum causa foderent, translatus in collectionem Gangadi. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 207 n. XII (inde C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 539 n. 2; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 91 n. 3204).

ΘΑΜΑΝΩΝΠΕΡΙ
ΚΑΤΑΒΑΝΤΩΝΤΑΙΠΕ
ΕΙΣΟΜΟ^(ΛΟ)ΓΟΝΚΑΙΑΠΟΤΑΣ
ΕΦΑΝΟΡΙΖΕΙΝΤΑΣΚΩΜΑΣ
ΒΟΛΑΛΙΘΩΝΚΑΙΙΕΡΟΝΠΟΣΕΙΔΑ
ΤΟΟΤΙΠΟΣΕΙΔΑΝΟΣΕΣΤΙΠΡΙΖ
ΑΤΟΝΒΟΥΝΟΝΑΝΩΚΑΘΩΣ
ΚΑΘΑΚΡΟΝΕΠΙΤΟΝΜΕ
ΤΕΡΜΟΝΑΕΙΜΕΝ

Litteraturam tituli eandem esse ac n. 689 testatur Mustoxydis. Vs. 3 litterae ΛΟ errore lapicidae omissae ac postea supra versum additae sunt.

[------ Ἀ]θαμάνων περὶ ......|...... καταβάντων τᾷ περι ...
......|....... εἰς ὁμόλογον καὶ ἀπὸ τᾶς ....|...... ἔφαν ὁρί-
ζειν τὰς κώμας [..........|....... περι]βολὰ λίθων καὶ ἱερὸν Πο-
σειδᾶ[νος ....'........]το ὅτι Ποσειδᾶνός ἐστι πριζ[..... ....
ἀν]ὰ τὸν βουνὸν ἄνω καθὼς ....|...... καθ' ἄκρον ἐπὶ τὸν με ..
.... τέρμονα εἶμεν ....

Et argumentum et aetas huius tituli non multum discrepat a n. 689. A priorum editorum lectionibus paucis modo locis discessi; vs. 4 illi ἐφ' ἂν legunt, mihi ἔφαν tertia pluralis numeri persona de sententia ab arbitris pronuntiata usurpari videtur. Vs. 5 dubitans sane [περι]βολά scripsi sumens hoc maceriam, qua locus sacer cingebatur, significare; qua vi sane Attice περίβολος potius dicitur. Vs. 6 init. τό Must. Wachsm. Blass. Sed mihi verisimilius est tertiae personae medii in -υτο cadentis terminationem hic exstare. In eiusdem versus fine πρίζ[ειν] Must. Wachsm. sententia obscura; quare malui supplendi conatu abstinere cum Blassio, qui haud inepte adnotat, fortasse hic aut nomen proprium aut aliquam verbi [ὁ]ρίζ[ειν] formam scriptam fuisse.

---

691. 692 Lapis Corcyra Veronam in museum lapidarium (n. 34) translatus. Ed. Scipio Maffei Mus. Veron. p. XI sq. cum notis, priore parte (n. 691) aeri incisa Venturi *Guida al Mus. Ver.* T. I p. 114 sqq. (Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 70 sqq.; Boeckh C. I. G. 1838; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 86 n. 3195). Contulit B. Keil et emendatiores haud paucorum locorum lectiones publici iuris fecit *Mitth. des arch. Inst. in Athen* XX (1895) p. 434 sq. not. 1. Ectypum chartaceum misit M. Fränkel, ex quo litterarum formas in antiquioribus editionibus non accurate expressas repraesentavi.

[*Textum vide pag. 152.*]

Litterae tituli n. 691 multo minores (a. 0,007—0,009) quam n. 692 (a. 0,013—0,015). Illae nonnunquam lineas obliquas introrsus flexas habent (Α Λ Μ Σ), sed ea curvatura neque constanter usurpatur et ubi usu venit lenissima est, ut satius visum sit eam typis non imitari. Drachmae signum, quod apud priores editores Ρ est, ex ectypo dispicitur superiorem lineam modo plane horizontalem habere (Ρ), modo paullulum inclinatam sed ubique multo minus quam inferiorem. Titulus n. 692 multo recentiorem litteraturam habet, id quod praeter nonnullarum litterarum formam (illic ΜΠΣΩ, hic ΜΠΣΩ) maxime inde apparet, quod hic lineae rectae fines cuneatim dilatatos habent hunc in modum:

ΕΙΗΚΜΠΣΤΤ

Quae scribendi consuetudo in Euchiris Eubulidisque Atheniensium statuariorum signaturis aliisque aetate supparum artificum titulis observatur (cf. E. Loewy *Inschriften griech. Bildhauer* p. 165 n. 224 sqq.). In titulo n. 691 praeter nonnulla, quae in ectypo non satis distincte dispiciuntur, Keilii lectiones omnes ectypi fide confirmantur (vs. 4. 8. 10. 12). Nonnunquam etiam paullo plura quam ille legerat agnoscere licuit: vs. 5 ΠΟΛ... ΘΙΔΑ Keil, qui monet etiam quattuor litteras inter Λ et Θ suppleri posse. ΠΟΛ.. ΘΙΔΑ distincte agnosco in ectypo. Contra quas vs. 12 dispicere mihi visus sum reliquias incertas esse moneo. Denique nonnullis locis, quos Keilius non attigit, aut plura aut veriora, quam Maffeius et Venturius habent, in ectypo legi: Vs. 6 ΦΙΛΟΓΕΝΕΙ; vs. 11 litterae ΚΕΩΓ, quae ab antiquioribus apographis omissae sunt, perquam distincte dispiciuntur in ectypo, cum initialis littera insequentis nominis ΓΛΑΥΚΩΙ aegre agnoscatur; sed spatium ei sufficere certum est. Denique vs. 15 init. litterae ΛΑΙ ex ectypo accesserunt.

Tituli n. 692 unam modo litteram attigit Keilius monens vs. 4 ΝΑΩ, non ΝΑΟ in lapide esse. Ectypum fines versuum 1—9 non integros continet, ut hic nihil nisi ΝΑ(agnoscatur. Quod contra initio versuum 2. 4. 9 nonnullas litteras ex ectypo addere, vs. 3 ΔΙΚΑΝ pro ΑΙΚΑΝ ex eodem emendare licuit.

691 ......ας ἀγωγᾶς· Ρ. ἀγωγαὶ ἑκατὸμ Μεν[......|.......
Δαμ]ατρίωι τοῦ ἀπορθώματος ἐργασίας· Η...|........ ποὶ τὸμ Μη-
τροδώρου τοῖχον ἐργασίας· ↑↑↑.....|.........ς· ↑ΓΡΡ. μισθωτοῖς
πὸ τὸμ βωμόν· ΓΙΙΙΙΙ. ...αβαλε....|....... ἀγωγᾶς· ΡΡΡΡ. Πο-
λυ[μα]θίδᾳ χόου ἀγωγᾶς· ΡΡΡ......|...... Φιλογένει χόου ἀγωγᾶς·
ΓΡΡΡ. Σιμίαι πεδα[.....|....... το]ῖς ἑπομένοις ταῖς ἁμάξαις· ↑↑ΓΙ.
Μελανθίωι .....|.... Πολίτᾳ τοῦ ὄφιος ἐργασίας· ΗΡ. κασσιτέρου
[.....|.... ἐς] τὸν ὄφιν χαλκοῦ τάλαντον ἡμιτάλαντον δέκα [μναῖ ...|
......]↑ΡΡ. μέταλλα· ↑↑↑Γ. χαλκοῦ ἐς τὸν ὄφιν ....|......μα· Ρ.
γόμφων χαλκέωγ Γλαύκῳ μναῖ δεκαπέντε |.......ρου δύο .ν..μα·
ΡΡ. ἐς τὸμ βωμὸν νίτρου· Ι[......|... Μελ]ανθίῳ· Ρ. | [κεφάλαιον
ἀναλώμα]τος· ..Η↑↑↑..ΡΡΡΙΙΙΙΙ-ΤCC. | ....λαι, [ἐπεσ]όφευε Ἐπί-
τυχος· ΗΗΗΗ↑ΓΡΡΡΙΙΙΙ-.

Hunc recensum pecuniarum in opere aliquo atque in templo quidem faciendo consumptarum esse viderunt Maffeius et Boeckhius, atque ille quidem ex serpentis mentione (vs. 8. 9. 10) admodum probabiliter coniecit, Aesculapii delubrum significari eiusque dei nomen n. 692,17 restituendum esse. De aetate Boeckhius et Blassius non ab omni parte recte iudicaverunt, quia utriusque tituli causam coniunctam existimabant, cum ectypo inspecto statim appareat, eorum origines plus quam saeculi intervallo distineri. Atque hunc antiquiorem quidem ad ipsa saeculi a. Chr. n. tertii

(691) ΑΣΑΓΩΓΑΣ:Ρ:ΑΓΩΓΑΙΕΚΑΤΟΜΜΕΝ
ΑΤΡΙΩΙΤΟΥΑΠΟΡΟΘΩΜΑΤΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ:Η
ΠΟΙΤΟΜΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΟΙΧΟΝΕΡΓΑΣΙΑΣ:↑↑↑
Σ:↑ΠΡΡ:ΜΙΣΘΩΤΟΙΣΠΟΤΟΜΒΩΜΟΝ:ΠΙΙΙΙΙ: ΑΒΑΛΕ
ΑΓΩΓΑΣ:ΡΡΡΡΠΟ..ΘΙΔΑΙΧΟΟΥΑΓΩΓΑΣ:ΡΡΡ
ΦΙΛΟΓΕΝΕΙΧΟΟΥΑΓΩΓΑΣ:ΠΡΡΡ:ΣΙΜΙΑΙΠΕΔΑ
ΙΣΕΠΟΜΕΝΟΙΣΤΑΙΣΑΜΑΞΑΙΣ:↑↑ΠΙ:ΜΕΛΑΝΘΙΩΙ
ΠΟΛΙΤΑΙΤΟΥΟΦΙΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ:ΗΡ:ΚΑΣΣΙΤΕΡΟΥ *vacat*
ΤΟΝΟΦΙΝΧΑΛΚΟΥΤΑΛΑΝΤΟΝΗΜΙΤΑΛΑΝΤΟΝΔΕΚΑ
↑ΡΡ:ΜΕΤΑΛΛΑ:↑↑↑Π:ΧΑΛΚΟΥΕΣΤΟΝΟΦΙΝ
ΜΑ:Ρ:ΓΟΜΦΩΝΧΑΛΚΕΩΓΓΛΑΥΚΩΙΜΝΑΙΔΕΚΑΠΕΝΤΕ
ΡΟΥΔΥΟ.Ν..ΜΑ:ΡΡ:ΕΣΤΟΜΒΩΜΟΝΝΙΤΡΟΥ:Ι
ΑΝΘΙΩΙ:Ρ *vacat*
ΤΟΣ..Η↑↑↑..ΡΡΡΙΙΙΙΙ-ΤCC *vacat*
ΛΑΙ....ΟΦΕΥΕΕΠΙΤΥΧΟΣ:ΗΗΗΗ↑ΠΡΡΡΙΙΙΙ-

vacuum spatium duorum fere versuum

(692) ΟΙΔΙΚΑΣΤΑΙΚΑΙΚΟΙΝΟΙΕΥΔΟΚΟΥ
ΞΚΑΙΥΠΕΡΤΑΝΠΟΛΙΝΤΩΝΣΥΝ
ΝΔΙΚΑΝΕΙΜΕΝΑΠΟΔΙΚΟΝ *vacat*
ΑΤΟΣΤΑΣΣΤΕΓΑΣΤΟΥΝΑΩ
ΒΛΑΠΤΗΤΟΡΥΜΑΤΟΝΤΟΙΧΟΝ
ΟΣΕΠΙΣΚΕΑΞΕΙΝΤΑΝΠΟΛΙΝ
ΝΑΛΩΜΑΤΩΝΑΝΥΠΟΔΙΚΟΝ
ΤΗΡΙΩΝΑΠΕΡΙΤΑΝΚΟΡΧΥΡΕ
.ΣΑΝΕΚΤΑΣΟΙΚΙΑΣΕΙΣΤΟΝΑ
ΡΥΜΑΤΟΣΤΟΥΡΕΟΝΤΟΣΑΠΟ
ΙΤΟΝΑΩΡΙΟΝΣΤΡΕΨΑΙΔΕ
ΑΣΣΚΕΟΘΗΚΑΣΤΑΜΠΟΛΙΝ
ΕΜΒΑΛΕΙΝΔΕΚΑΙΕΙΣΕ
ΗΡΑΟΒΕΛΙΣΚΟΝΟΡΘΟΝΟΠΩΣ
ΗΑΝΑΓΡΑΦΗΤΩΕΙΣΣΤΑ
ΣΤΟΝΤΟΙΧΟΝΕΝΤΩΙΔΑ
ΣΘΗΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑ
ΟΣΤΑΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
ΝΑΓΡΑΦΗΑΥΤΑΑΕΠΙ
ΤΙΕΣΤΙΕΠΙΤΙΜΙ
ΕΡΟΙ

initia referre non dubito, siquidem litteraturam habet illo antiquissimo quidem hospitii publici decreto n. 682 paullo recentiorem, sed reliquis omnibus eiusdem generis monumentis (n. 685—688) manifesto longe antiquiorem. Supplementa pleraque Boeckhii sunt. Vs. 5 Πολυ[μα]θίδα restitui, cum Boeckhius probante Blassio ΠΟ pro ΙΙC perperam lectum existimans ad numerorum notas retulisset, nomen vero [Ἀγα]θίδας fuisse statuisset. Vs. 15 [ἐπεσ]όφευε ingeniose Keilius allato Epictetae testamento C. I. G. 2448. In quo qui occurreret ἐπίσσοφος, eum sane privatum curatorem esse, cui pecuniae relictae ab Epicteta administrandae mandarentur, sed videri nomen a publico quodam magistratu ad illum translatum esse.

692 [Τάδε ἔκριναν] οἱ δικασταὶ καὶ κοινοί, εὐδοκου|[μένων αὐτοῖ]ς καὶ ὑπὲρ τὰν πόλιν τῶν συν|[δίκων· τὰν μὲ]ν δίκαν εἶμεν ἀπόδικον | [περὶ τοῦ .....]ατος τᾶς στέγας τοῦ ναω|[ρίου· εἰ δέ κα] βλάπτῃ τὸ ῥύμα τὸν τοῖχον [τοῦ .....ματ]ος, ἐπισκεάζειν τὰν πόλιν | [ἀπὸ τῶν αὐτᾶς] ἀναλωμάτων, ἀνυπόδικον | [δὲ εἶμεν Σω]τηρίωνα περὶ τᾶν κορχυρε|[ᾶν τᾶν φερ]ο[υ]σᾶν ἐκ τᾶς οἰκίας εἰς τὸ ναώ|[ριον καὶ τοῦ] ῥύματος τοῦ ῥέοντος ἀπὸ | [τᾶς στέγας ἐ]πὶ τὸ ναώριον. στρέψαι δὲ | [τὰν στέγαν τ]ᾶς σκεοθήκας τὰμ πόλιν | [καὶ ἐπισκευάσα]ι, ἐμβαλεῖν δὲ καὶ εἰς ἕ[κασσον καλυπτ]ῆρα ὀβελίσκον ὀρθόν. ὅπως | [δὲ ἁ κρίσις φανερὰ] ῃ, ἀναγραφήτω εἰς στά[λαν .... πρὸ]ς τὸν τοῖχον ἐν τῷ δα|[μοσίῳ ...... ἀνατ]εθῇ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀ|[σκλαπιοῦ ..... καὶ ἀ]ναγραφῇ αὖτα ἁ ἐπί|[κρισις ....]τι ἐστὶ ἐπιτίμι|[ον .... ἱ]εροὶ ....
.....

Arbitrium hic habemus quo lis inter hominem privatum, cuius nomen vs. 8 scriptum Σωτηρίων fuisse videtur, et civitatem Corcyraeorum diremta est. Habebat ille domum supra navalia ita sitam, ut ex ea aqua in mare defluere non posset nisi per ipsa navalia, et hoc ei antiquitus iuris fuisse videtur, ut aquam per navalia deduceret. Atqui cum id ipsis navalium aedificiis nocere videretur, civitas postulavit, ut ille damnum datum suis impensis resarciret. Qua in re duae diversae res in censum venisse videntur. Primum enim canalibus subterraneis ex domo aqua in navalia et per ea in mare derivabatur. Hae sunt κορχυρέαι vs. 8. Nam cum Hesychius γοργύρα· ὑπόνομος, δι' οὗ τὰ ὕδατα ὑπεξήει habeat eaque significatio facile concilietur cum Herodoti loco III, 145, ubi vox de carcere subterraneo usurpatur, in tanta mediarum cum tenuibus et aspiratis per diversas Graeciae dialectos commutatarum copia non dissimile est veri, eadem vi Corcyraeos κορχυρέα usurpasse, praesertim cum in alia glossa Hesychius κορκόδρυα· ὑδρόρυα, ubi δ propter ipsam glossarum ordinem ad corruptelam referendum est (κορκορρόα· ὑδρορύα emendavit Lobeck Pathologiae prolegomena p. 271) tenuis pro media inveniatur. Deinde vero etiam aqua pluvia ex domus privatae altiore loco sitae tecto in na-

valia et potissimum in armamentarii (σκευοθήκης) tectum decidens nocere existimabatur. Namque de ea re dici vs. 10. 11 ex praepositionum discrimine colligo; nempe canales quidem (vs. 8. 9) *ἐκ τᾶς οἰκίας εἰς τὸ ναώριον* deducuntur, pluvia vero aqua *ἀπὸ τᾶς στέγας ἐπὶ τὸ ναώριον* decidit. De litis genere et ordine nihil accuratius cognoscitur, nisi non iudicium ordinarium hoc fuisse, siquidem *δικασταί*, qui sane iudices ordinarii sunt, non soli iudicant, sed una cum eis *κοινοί*, id est arbitri a litigantibus electi (vs. 1). Apparet vero civitatem causa cecidisse; nam vs. 3 *τὰν δίκαν εἶμεν ἀπόδικον* sine dubio hoc significat, arbitros secundum reum sententiam pronuntiasse (*ἀποδικάσαι, ἀποψηφίσασθαι*). Quae summa totius arbitrii deinde singillatim ita explicatur, ut civitas navalium aedificia suis sumptibus sarcire iubeatur, Soterio vero (vs. 8—11) hoc onere plane liberetur. Qua in re arbitri non modo id secuti esse videntur, quod ille servitutem aquae deducendae antiquitus fundo navalium iniunctam probaverat, sed etiam, quod aqua parieti aedificii nocuerat, maxima ex parte ad culpam magistratuum, qui tectum non satis diligenter reficiendum curaverant, retulisse videntur arbitri; quo refero versus 11—14, quorum sane supplementa multo incertiora esse quam priorum me non fugit; *στρέψαι* de tegulis tecti tollendis et meliore ordine rursus ponendis (*'umdecken'*) alio exemplo firmare non possum. Ceterum supplementa paene omnia mea sunt, quoniam ex prioribus editoribus nemo conexum sententiarum restituere conatus est, sed omnes pauca hic illic supplevisse contenti fuerunt. Vs. 4 init. 6 init. genetivum nominis in *-μα* cadentis, quod structuram, quae tectum sustineret, significabat, fuisse persuasum habeo; cogitavi de *ἀναλήμματος* aut *στηρίγματος*, sed neutrum ab omni parte placet.

Aetatem tituli indicant litterarum formae, quae ultra medium saeculum alterum a. Chr. n. ascendere non sinunt, si eas contuleris cum scriptura tituli n. 689; atque illud genus scripturae apicatae, quod hic tenemus (v. supra), etiam in aliis Graeciae partibus tum potissimum in usum venisse videtur. Etiam littera iota muta in coniunctivis omissa ei tempori convenit. Ex altera parte fine saeculi a. Chr. n. secundi utique non multo recentiorem esse colligimus ex antiquiore litterae Ι forma (vs. 6); quae cum ultra medium saeculum alterum a. Chr. n. sola usurpata esset, sub finem eius promiscue cum ea recentior Ζ scribi solebat, ineunte vero proximo saeculo haec illam magis magisque expulit. Iam primorum post a. 100 a. Chr. decenniorum tituli multo plures (Latischew Inscr. orae sept. Pont. Eux. I, 185, sub ipsa saeculi initia, Chersonesi Tauricae; Syll. Inscr. Graec. 388, a. 91 a. Chr., Andaniae; Inscr. Graec. sept. I, 413. 416. 417. 419. 420, Oropi, Sullana aetate; I, 1762 Thespiis, eodem tempore) per omnes Graeciae regiones Ζ habent, quam Ι (ut Lebas-Waddington *Asie mineure* 136*a*, Ephesi, a. 88 a. Chr.). Idem in Atticis titulis observare licet.

---

693 Olim Corcyrae, mox Venetiis apud Io. Bapt. Rhamnusium. Ex schedis suis Muratorius (qui etiam apographum a Bimardo transmissum habebat) T. II p. DLXXXVIII, 1 (inde Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 65 sqq.; Boeckh C. I. G. 1840 cum Add. p. 986; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 184 n. V; W. Dittenberger Syll. Inscr. Graec. 320; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 89 n. 3198). Cf. Addenda.

Α Γ Α Θ Α Ι Τ Υ Χ Α Ι
Τ Α Δ Ε Ε Μ Π Ρ Ι Α Τ Ο Α Π Ο Λ Ι Σ Τ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ι Σ
Κ Α Ρ Π Ε Υ Ε Ι Ν Ο Σ Α Ε Π Ι Τ Α Δ Ε Ι Ο Ι Ω Ν Τ Ι Λ Υ Γ Δ Α
Μ Ι Φ Ε Ι Δ Ω Ν Ο Σ Κ Ν Ω Σ Σ Ι Ω Ε Μ Μ Ο Λ Ο Κ Α Ν Τ Ι Α Ν
Π Ε Λ Ω Ν Π Ε Λ Ε Θ Ρ Α Δ Ε Κ Α Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Δ Ι Ω Ι
Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Ε Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν
Ε Ρ Μ Ω Ν Ι Τ Υ Λ Ε Σ Ι Ω Ι Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Λ Ε
Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Ι Δ Ι Ω Ι
Ω Τ Α Ρ Γ Ω Ι Α Ν Τ Α Ρ Α Ι Ω Ι Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Π Λ Ε Θ Ρ Α
Ε Ι Κ Α Τ Ι Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Δ Ι Ω Ι Κ Α Τ Α Β Α Θ Ε Ι Α Ν . . . . . .
Σ Κ Ι Π Τ Ι Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ι Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Η Λ Ε Θ Ρ Α . Ε Ι Κ Α
Τ Ι Δ Υ Ο Ε Ν Μ Ι Ν Ω Ι Α Π Ο Τ Ω Ι Π Ο Ρ Ω Ι Ε Σ Κ Α Τ Ω . . . .
Φ Α Ι Σ Τ Ι Ω Ι Θ Α Μ Ι Κ Λ Ε Ι Κ Α Ι Φ Α Ι Ν Ο Κ Λ Ε Ι Α Ν
Π Ε Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Τ Α Ι Ν Α Σ Ω Ι
Ε Π Ι Λ Ι Π Α Ρ Α Ι Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν
Α Ρ Χ Α Γ Ο Ρ Α Ι Δ Ε Λ Φ Ω Ι Ο Ι Κ Ι Α Ν Ε Ν Τ Α Ι Η Ρ Α Ι Δ Ι Ψ Ι
Λ Α Σ Π Λ Ε Θ Ρ Α Ε Ξ Π Ο Ι Τ Α Ι Κ Ω Μ Ι Κ Ο Υ Α Ν Π Ε
Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Δ Ι Ω Ι
Μ Ι Σ Γ Ο Λ Α Ι Α Ρ Κ Α Δ Ι Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Τ Ε Τ Ρ Α Π Λ Ε
Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Δ Ι Ω Ι Α Λ Λ Α Ν Α Ν Π Ε Λ Ω Ν Δ Ι
Π Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Τ Ω Ι Π Ε Δ Ι Ω Ι Α Λ Λ Α Ν Α Ν Π Ε
Λ Ω Ν Δ Ι Π Λ Ε Θ Ρ Ι Α Ν Ε Ν Σ Χ Ι Ν Ο Υ Ρ Ι Ο Ι Κ Ι Α Ν
. . . . Τ Α Ι Α Λ Λ Α Ν Ι Δ Ι Κ Ο Μ Α Ι

Ἀγαθᾷ τύχᾳ. | Τάδε ἐμπρίατο ἁ πόλις τοῖς προξένοις | καρπεύειν ὅσα ἐπιτάδειοι ὦντι·
Λυγδά|μι Φείδωνος Κνωσσίῳ ἐμ Μολοκᾶντι ἀν|πέλων πέλεθρα δέκα ἐν τῷ πεδίῳ, | ἀνπέλων τετραπελεθρίαν. |
Ἕρμωνι Τυλ[ι]σίῳ ἀνπέλων τετραπλε|θρίαν ἐν τῷ πε⟨ι⟩δίῳ. |
[Πρ]ωτάρ[χ]ῳ Ἀ[π]ταραίῳ ἀνπέλων πλέθρα | εἴκατι ἐν τῷ πεδίῳ κατὰ βαθεῖαν ...... |
Σκιπτίᾳ εὐεργέτᾳ ἀνπέλων [π]λέθρα εἴκα|τι δύο ἐν Μινῴᾳ πὸ τῷ πόρῳ ἐς Κατω .... | Φαιστίῳ Θαμικλεῖ καὶ Φαινοκλεῖ ἀν|πέλων τετραπλεθρίαν ἐν τᾷ νάσῳ, | ἐπὶ Λιπάρᾳ ἀνπέλων τετραπλεθρίαν. |
Ἀρχαγόρᾳ Δελφῷ οἰκίαν ἐν τᾷ Ἡραΐδι, ψι|λᾶς πλέθρα ἓξ ποὶ τᾷ Κωμικοῦ, ἀνπέ|λων τετραπλεθρίαν ἐν τῷ πεδίῳ. |
Μισγόλᾳ Ἀρκάδι ἀνπέλων τετραπλε|θρίαν ἐν τῷ πεδίῳ, ἄλλαν ἀνπέλων δι|πλεθρίαν ἐν τῷ πεδίῳ, ἄλλαν ἀνπέ|λων διπλεθρίαν ἐν Σχινοῦρι, οἰκίαν [ἐν] | τᾷ Ἀλλανίδι κ[ώ]μᾳ.

Civitas proxenis agros, vineas, domos dat, non dono quidem, sed ut eis utantur ac fruantur; cuius rei praeter hunc titulum nullum usquam exstat exemplum. Quo magis dolendum est lapidem periisse et apographum, ceteroquin non nimis neglegenter confectum, litterarum certe formas non accurate repraesentare. Quare de aetate non possumus confidenter iudicare, etsi tertii a. Chr. n. saeculi esse probabile videtur. Nam recentiorem iudicare totus tituli sermo vetat, antiquior vix esse potest propter nomen Κωμικοῦ vs. 17. Non neglegendum est, omnes proxenos

praeter Archagoram Delphum Cretenses esse. Nam vs. 8 Τυλ[ι]σίῳ emendandum est et de eodem oppido Cretico intellegendum, cuius civium haud paucorum epitaphia Pagasis inventa sunt (v. indicem); minus recte antea cum Boeckhio, qui ad scholia Lycophronis vs. 993 et Steph. Byz. Τυλησσός provocabat, de oppido Italico cogitavi et Τυλ[η]σσίῳ emendavi. Vs. 19 vero Misgolam non Arcada Peloponnesium intellegendum esse, sed civem urbis Creticae (Lebas-Waddington *Asie mineure* 72, Steph. Byz. Ἀρκάδες πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς. οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες) certum est, quia illi non solent civitatis nomine omisso simpliciter Arcades vocari; cf. quae de Locris adnotavi ad n. 685, 5. Hanc vero commercii cum Cretensibus necessitudinem nescio an probabilius sit Corcyraeis intercessisse ante annum 229 a. Chr., quo Romanorum societati se applicuerunt, quam postea. Archagorae Delphi nomen nullum habet usum in tituli aetate constituenda; nam Ioannes Pomtow harum rerum peritissimus mihi per litteras significavit, hoc nomen in inscriptionibus Delphicis nusquam occurrere, ut suspicio sibi subnata sit, id transscribentis errore ex Ἀρισταγόρᾳ aut Ἀρχιάδᾳ, quod utrumque nomen perfrequens esset per tertium a. Chr. n. saeculum in monumentis Delphorum, corruptum esse. Quod sane in medio relinquendum est.

Vs. 3 pro ὅσα aut (ὥ)ς (κ)α cum Boeckhio aut ὅσα (κα) emendandum videtur. Vs. 7 Τυλ[ι]σίῳ v. supra. Vs. 9 Πρωτάρχῳ emendavit Boeckh, Ἀ[π]ταραίῳ Ahrens diall. II p. 114, cum Boeckhius Ἀντανδρίῳ legisset. Vs. 12 cave omissum iota mutum in Μινώᾳ pro aetatis indicio habueris; hoc potius in exscribendo peccatum videtur. Deinde πο(ί) emendaveram in Sylloge, sed nunc πό defenditur exemplo tituli n. 691, 4. Quod hic vs. 17 distincte scriptum est ποὶ τᾷ Κωμικοῦ, nihil difficultatis habet; nam eandem inconstantiam etiam illic habes vs. 3. In fine eiusdem versus ἐσ[χ]άτω emendavit Boeckhius, fortasse recte. Sed potest etiam praepositio ἐς et initium nominis loci nescio cuius esse.

3. PRIVATORVM DONATIONES.

694 Corcyrae. Minusculis litteris ed. ex apographo a. 1701 ab Apostolo Zeno accepto Montfaucon Diar. Ital. p. 412 sqq. (inde satis mendose maiuscula scriptura repetivit Muratori T. II p. DCXXXIII, 2; Quirinus Cardinalis Primordia Corcyrae cap. XXII. XXIII). Repetivit idem Illustrium auctorum dicta expensa et emendata in libro, cui titulus Primordia Corcyrae p. 46 sqq. Italice vertit Scipio Maffei *Traduttori Italiani* p. 114. Graeca cum hac interpretatione repetivit Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 145 sqq. Deinde ed. Boeckh Oec. civ. Ath. ed. 1 vol. II p. 400 cum tab. X; C. I. G. 1845 (Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 162 n. I; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 93 n. 3206). Cf. quae adnotavit H. L. Ahrens De Graecae linguae dialectis II p. 12. 225. 362.

I Ἐπὶ σωτηρίαι. πρυτανεύοντος Ἀριστομένεος, μηνὸς Μαχανέος τετάρτῃ ἐπὶ εἰκάδι, Ἀριστομένης Ἀριστολαΐδα (Ὑλ)λεὺς δίδωτι τᾷ πόλει τῶν Κορκυραίων εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν τῶι Διονύσωι ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα. δίδωτι δὲ καὶ Ψύλλα(ς) Ἀλκίμου Ὑλλὶς τᾶι πόλει τῶν Κορκυραίων εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν τῶι Διονύσωι ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα. ἑλέσθω δὲ ἁ βουλὰ ἑκαστάκις εἰς ἐνιαυτὸν τοὺς ἐκδαν(ε)ισοῦντας τὸ ἀργύριον ἄνδρας τρεῖς τοὺς δυνατωτάτους χρήμασιν. ἁ δὲ ἐκδάνεισις καὶ ἀνάπραξις τοῦ ἀργυρίου γινέσθω καὶ ἁ λοιπὰ διοίκησις, καθώς κα δοκῆι βουλᾶι καλῶς ἔχειν. ὡς δέ κα(ι) γένωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα καὶ ἐκδανεισθῶντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μναῖ, παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐκδαν(ε)ισθῆναι τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς ἀποστειλάτω ἁ πόλις κατὰ τὸν τοῦ ἀγωνοθέτα νόμον ἐπὶ τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν καὶ ἀγέτω τὰ Διονύσια ἀφ' οὗ κ' ἄρξ[ω]νται παρ' ἅτερον ἐνιαυτόν, εἰ μή τι διὰ πό(λεμον) ἀδύνατον γένοιτο βουλᾶς καὶ ἁλίας ὑπερθεμένας. ἀγέτω δὲ ἀπὸ Κορινθιᾶν μνᾶν πεντήκοντα ἀπὸ τοῦ τόκου τῶν τριῶν ταλάντων μισθουμένα αὐλητὰς τρεῖς, τραγωιδοὺς τρεῖς, κωμωιδοὺς τρεῖς, καὶ τὰ λοιπὰ ποιούντω πάντα οἱ ἑκαστάκις ἐόντες ἄρχοντες, καθὼς ὁ τοῦ ἀγωνοθέτα νόμος τάσσει. διδόσθω δὲ καὶ τὰ σιτηρέσια τοῖς τεχνίταις τὰ ἔννομα ἀπὸ τοῦ τόκου χωρὶς τᾶν πεντήκοντα μνᾶν. εἰ δέ τί κ' ἀδύνατον γένοιτο διὰ πόλεμον καὶ μὴ ἀποστείλῃι ἁ πόλις ἐπὶ τοὺς τεχνίτας ἢ μὴ παραγένοιντο οἱ τεχνῖται, ἢ λίπηι τις τὸν ἀγῶνα, ἐκδαν(ε)ιζέσθω καὶ τὸ λειφθὲν ἀργύριον πᾶν καὶ ὑπαρχέτω τοκιζόμενον εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν· εἰ δὲ δυνατοῦ ἐόντος καὶ μὴ ἐπικωλύοντος μηθενὸς μὴ ἀποστείλαι ἁ πόλις ἐπὶ τοὺς τεχνίτας κατὰ τὰν περίοδον ἑκάσταν, ἢ παραγενομένων τῶν ἐργολάβων μὴ μισθώσαιτο τοὺς τεχνίτας ἢ μὴ διδοίη τὸμ μισθὸν τὸν ὑπογεγραμμένον ἢ τὰ σιτηρέσια τὰ ἔννομα, ἢ εἰς ἄλλο τι καταχρήσαιτο τὸ ἀργύριον καὶ μὴ εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν, Ἀριστομένεος καὶ Ψύλλας ἐόντ[ω] τὰ δο[θ]έντα χρήματα πάντα ἢ τῶν ἐπινόμων τῶν Ἀριστομένεος καὶ Ψύλλας. μάρτυρες· Μολώτας Γλαύκου, Σώσανδρος Θευδ[ώ]ρου, Προμαχίδας Μ[υ]ρτίλου.

II Πόθοδον ποιησαμένων Ἀριστομένεος τοῦ Ἀριστολαΐδα καὶ Ψύλλας τ[ᾶς] Ἀλκίμου περὶ τοῦ ἀργυρίου οὗ ἔδωκαν τᾶι πόλει καὶ τῷ Διονύσῳ εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν ἑκάτερος Κορινθίας μνᾶς ἑξήκοντα, ἔδοξε τᾶι βουλᾶι, τὸ δοθὲν ἀργύριον παρὰ Ἀριστομένεος καὶ Ψύλλας ἐκδανεῖσαι τοὺς αἱρεθέντας· ἑλέσθαι δὲ τὰν βουλὰν τοὺς χειριξοῦντας τὸ ἀργύριον ἄνδρας τρεῖς εἰς ἐνιαυτὸν τοὺς δυνατωτάτους χρήματι, καὶ πλειονάκις τοὺς αὐτοὺς διαλιπόντας ἔτη δύο, μὴ νεωτέρους ἐτῶν τριάκοντα πέντε μηδὲ πρεσβυτέρους ἑ[β]δομήκοντα· αἱρεῖσθαι δὲ ἑκάστου ἐνιαυτοῦ μηνὸς Μαχανέος ἐμ βουλᾶι ἢ ἁλίᾳ· οἱ δὲ αἱρεθέντες ἐπ' Ἀριστομένεος παραλαβόντες τὸ ἀργύριον παρὰ Ἀριστομένεος καὶ Ψύλλας ἐγδανεισάντω ἐμ μηνὶ δυωδεκάτωι καὶ Εὐκλείωι τῶι ἐπὶ Ἀριστομένεος, προκαρύξαντες ἐν καρυκτᾶι μὴ μεῖον ἢ ἁμέρας πέντε, χρηματίζοντες ποτὶ τοῖς ἁρμάτεσσι, μὴ πλείονος τόκου δανείζοντες ἢ δύο δραχμᾶν τὸν μῆνα ἕκαστον τὰν μνᾶν ἑκάσταν μηδ' ἐλάσσονος, συναλλάσσοντ[ες] ὥς κ' αὐτοὶ προαιρῶνται, ὥστε τὸν πριάμενον ἀποδόμεν τό τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον ἐμ μηνὶ Εὐκλείωι τῶι μετὰ πρύτανιν Ἀριστομένη. ἀναπράξαντες τό τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον ἐν τῶι Εὐκλείωι μηνὶ τῶι με[τ]' Ἀριστομένη(ι) παραδόντω τοῖς αἱρεθεῖσι εἰς τὸν ὑπ' αὐτὰ ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου· οἱ δὲ παραλαβόντες χρηματιζόντ[ω] τὸ ἀργύριον πᾶν ἐν τῶι Ἀρτεμιτίωι μηνὶ τῶι ἐφ' αὐτῶν ποτὶ τοῖς ἁρμάτεσσι προκαρύξαντες καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ποιοῦντες καθὼς καὶ τοὺς ἐπ' Ἀριστομένεος αἱρεθέντας γέγραπται· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑκαστάκις αἱρεθέντες ποιούντω. εἰ δὲ οἱ αἱρεθέντες ἐπὶ τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου μὴ ποιήσαιέν τι τῶν γεγραμμένων, εἰ μὴ ἐκδανείσαιεν τὸ ἀργύριον καθὼς γέγραπται δυνατοὶ ἐόντες, ἀποτ(ε)ισάντω ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς τριάκοντα καὶ τὸ κεφάλαιον ὅ κα παραλάβ[ω]ντι παραδόντω, εἰ δὲ μή, διπλῆ ἀποτ(ε)ισάντω τὸ κεφάλαιον. περὶ δὲ τοῦ ἀδυνάτου βουλὰ καὶ ἁλία ἐπιγινωσκέτω. εἰ δὲ ἐγδανείσαντες μὴ ἀνπράξαιεν τὸ κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον, ἢ μὴ παραδοῖ[ε]ν (αὐ)τὸ τοῖς αἱρεθεῖσι, καθὼς γέγραπται,

ἀποτ(ε)ιςάντω τό τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον διπλῆ, ὁπότερόν κα μὴ παραδ[ῶ]ντι. ἐπεὶ δέ κα γένωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα καὶ ἐγδανειςθῶντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μναῖ, παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐγδανειςθῆμεν τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς ἀποστειλάντω οἱ ἄρχοντες ἐπὶ τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίςθωςιν κατὰ τὸν (τοῦ) ἀγωνοθέτα νόμον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ποιούντω οἱ ἑκαςτάκις ἄρχοντες καθὼς ἐν τ[ᾶι] δ[ό]ςει γέγραπται, εἰ μή τι διὰ πόλεμον γένοιτο βουλᾶς καὶ ἁλίας ὑπερθεμένας. μιςθούςθω δὲ τοὺς τεχνίτας ἀφ' οὗ κ' ἀρχὴ γένοιτο, παρ' ἕτερον ἐνιαυτὸν ἀπὸ τοῦ τόκου τῶν τριῶν ταλάντων ἀπὸ μνᾶν πεντήκοντα αὐλητὰς τρεῖς, τραγωιδοὺς τρεῖς, κωμωιδοὺς τρεῖς, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τὸν τοῦ ἀγωνοθέτα νόμον. δίδοςθαι καὶ τὰ σιτηρέσια τοῖς τεχνίταις τὰ ἔννομα ἀπὸ τοῦ τόκου χωρὶς τᾶν πεντήκοντα μνᾶν· οἱ δὲ χειρίζοντες τὸ ἀργύριον καθ' οὓς κα χρόνους παραγίν[ω]νται οἱ τεχνῖται, ἐπεί κ' ἀνπράξωντι τὸ ἀργύριον, πεντήκοντα μνᾶς τὸν μιςθὸν τοῖς τεχνίταις καὶ τὰ σιτηρέσια τὰ γινόμενα παραδόντω τῶι ἀγωνοθέται τοῦ Ἀρτεμιτίου μηνὸς πρὸ⟨ς⟩ τᾶς ἕκτας, τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς ἐφ[αι]ρεθεῖςιν· ὁ δὲ παραλαβὼν ἀγωνοθέτης ποι[εί]τω πάντα κατὰ τὸν νόμον καὶ ἀπολογιξάςθω εἰς βουλὰν ἐν τᾶι πράται συνέδραι [ὅςο]ν τ[έ] κα παραλάβ[ηι] ἀργύριον καὶ καθώς κα ἕκαςτ[α] διοικήςῃ. ἀπολογιξάςθωςαν δὲ καὶ οἱ χειρίζοντες τὸ ἀργύριον ἑκαςτάκις εἰς βουλὰν μηνὸς Ἀρτεμιτίου, οἵ τε παραλαβόντες καὶ οἱ παρα⟨δι⟩δόντες, καθώς κα ἕκαςτα παραλάβ[ω]ντι καὶ παραδ[ῶ]ντι. [ε]ἰ δὲ μὴ ποιήςαιέν τι τῶν γεγραμμένων οἵ τε χειρίζοντες τὸ ἀργύριον ἢ οἱ ἄρχοντες, ἀποτ(ε)ιςάτω ὁ αἴτιος ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς τριάκοντα καὶ ὅ (κα) καταβλάψηι διπλῆ. εἰ δέ τί κα ὁ ἀγωνοθέτας ἢ οἱ χειρίζοντες τὸ ἀργύριον μὴ ὀρθῶς ἀπολογίξωνται, νομοφύλακες ἐκλογιζούςθω καθὼς καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἱερὰ καὶ δημόςια χρήματα. μὴ ἐξέςς[τ]ω δὲ μηθενὶ προςτατῆςαι περὶ τοῦ ἀνατεθέντος ὑπὸ Ἀριςτομένεος καὶ Ψύλλας ἀργυρίου, ὥςτε εἰς ἄλλο τι καταχρηςθῆμεν, ἀλλ' εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίςθωςιν, εἰς δὲ ἄλλο μηθὲν μηθαμῶς μηδεμιᾶι παρευρέςει. εἰ δέ τις προςτατήςαι ἢ καταχρήςαιτο εἰς ἄλλο τι, ἀποτειςάτω ὁ προςτατήςας καὶ ὁ καταχρηςάμενος Ἀριςτομένηι καὶ Ψύλλαι ἢ τοῖς ἐπινόμοις τοῖς Ἀριςτομένεος καὶ Ψύλλας ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα καὶ τὸ ἀργύριον ὃ κατεχρήςθη διπλῆ. πάντων δὲ τούτων καὶ εἴ τινός κα ἄλλου δοκῆι πρόδικοι βουλᾶς κρίςιν ἀπάρβολον γραψάμενοι καὶ ἐπιγράψαντες τὸ ἀργύριον τὸ ἐφ' ἑκάςτου ἀδικήματος γεγραμμένον δ[ό]ντ[ω] προςτάται προβούλων, ὅ⟨ι⟩ δὲ εἰς τὰ δικαςτήρια φερέτω, ἅ κα μεῖον ἢ τριακοςταῖ[α] ἦ· ἐξέςτω δὲ καὶ ἄλλωι τῶι λῶντι κρίνεςθαι κατὰ ταὐτά. τὸν δὲ κατακριθέντα οἱ τὰς κρίςιας γραψάμενοι εἰςπράξαντες ὅςα μὲν ποτὶ τὸ κοινὸν ςυν[ε]ίκει τοῖς ἁρημένοις ἐπὶ τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου παραδόντω, οἱ δὲ ἐγδανειςάντω καθὼς καὶ τὸ ἄλλο ἀργύριον γέγραπται, ὅςα δὲ Ἀριςτομένει ἢ Ψύλλαι ἢ τοῖς ἐπινόμοις ἐπιτίμια ἐπιβάλλει, αὐτοὶ εἰςπραςςόντ[ων], καὶ κρινέςθω ἕκαςτοι καθώς κ' αὐτοὶ προαιρ[ῶ]νται. εἰ δέ τις τῶν ἐπινόμων τῶν Ἀριςτομένεος ἢ Ψύλλας προςτατήςαι εἰς ἄλλο τι καταχρηςθῆμεν ἢ καταχρήςαιτο ἄλλαι παι, μὴ ἐόντω τὰ ἐπιτίμια μηδὲ τὰ χρήματα Ἀριςτομένεος καὶ Ψύλλας μηδὲ τῶν ἐπινόμων Ἀριςτομένεος καὶ Ψύλλας, ἀλλὰ δημόςια εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίςθωςιν, καὶ ἐγδανειζέςθω μετὰ τοῦ ἄλλου ἀργυρίου, καθὼς ἐπάνω γέγραπται. εἰ δέ τι ἀδύνατον διὰ πόλεμον γένοιτο καὶ μὴ ἀποςτείλαι ἁ πόλις ἐπὶ τοὺς τεχνίτας ἢ μὴ παραγέν[ω]νται οἱ τεχνῖται, ἐκδανειζέςθω καὶ αἱ πεντήκοντα μναῖ καὶ τὰ σιτηρέσια ἄχρι οὗ κα δυνατὸν γένηται· ὡςαύτως δὲ καὶ εἴ τις λίποι τὸν ἀγῶνα τῶν τεχνιτᾶν, ἐγδανειζέςθω καὶ τὸ λειφθὲν ἀργύριον καὶ ὑπαρχέτω εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίςθωςιν. εἰ δέ κα διόρθωςις τῶν νόμων γίνηται, ταξάντων οἱ διορθωτῆρες εἰς τοὺς νόμους καθώς κα δ(έ)ῃ τὸ ἀργύριον χειρίζεςθαι. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα γινέςθω ὥς κα δοκῆι βουλᾶι καὶ ἁλίαι κα[λ]ῶς ἔχ[ειν]. γινέςθω δὲ μηθὲν ὑπεναντίον τῶι δόγματι μηδὲ τᾶι δόςει. τᾶς δὲ δόςιος καὶ τοῦ γράμματος ἀντίγραφον ἀναγράψαι εἰς στάλαν λιθίναν καὶ ἀναθέμεν ὅ⟨ν⟩π[ε]ι κα δοκῆι προβούλοις καὶ προδίκοις καλῶς ἔχειν· τᾶς δὲ ἀναγραφᾶς καὶ ἀναθές[ιο]ς προβούλους μετὰ διοικητᾶ καὶ ἀρχιτέκτονος τὰν ἐπιμέλειαν ποιήςαςθαι, τὸ δὲ γεγραμμένον ἀνάλωμα ταμία[ν] δόμεν.

Prior pars tituli (I vs. 1—38) donationem continet Aristomenis Aristolaidae filii et Psyllae Alcimi filiae, quae sine dubio illius uxor fuit. Nam Boeckhio, qui altero quoque loco virum commemorari, cui Ψύλλας nomen esset, sumpserat, iure oblocutus est Ahrens. Cui quod incredibile visum est, a nomine masculino in -ας cadente genetivum item in -ας exeuntem formari potuisse, non ab omni parte videtur recte iudicasse; cf. n. 423, 2. 456, 3. 484, 4. 521, 1. Sed ut mittam nullum adhuc Corcyrae eiusmodi exemplum inventum esse, in Boeckhii sententia vs. 5 Ὑλλίς in Ὑλλεύς mutandum esset admodum violenta emendatione; quod contra semel (vs. 5) Ψύλλας pro Ψύλλα et semel (vs. 40) τοῦ pro τᾶς male lectum esse multo credibilius est. Accedit quod duos homines non eodem patre natos, qui in eiusmodi negotio coniunctim agant, per se omnium maxime probabile est maritum et uxorem esse. Subiungitur altero loco (II vs. 39—146) decretum senatus Corcyraeorum de pecuniarum donatarum administratione.

Boeckhius tertio aut altero a. Chr. n. saeculo titulum incisum existimavit, Ahrensius definite tertio vindicavit. Sed mihi e contrario certum videtur, altero saeculo non esse antiquiorem. Litteraturam sane ignoramus (nisi quod μῦ et ἄλφα inter se confusae vs. 118 indicio sunt, hanc litteram A fuisse), sed ex orthographia satis confidenter de aetate iudicari potest. Quae sane haud paucis locis eius, qui exscripsit, libidine et neglegentia turbata est, sed sunt etiam, in quae haec suspicio non cadat, veluti δανίζειν (vs. 9. 14. 28, contra diphthongus est vs. 10. 13. 43. 72. 77. 79. 122. 131. 134. 136) et ἀποτῖςαι (vs. 71. 75. 101; diphthongum habes vs. 110) et omnium maxime ἁρημένοις vs. 121 iota muto omisso (cf. παρατήςατο Syll. Inscr. Graec. 255, 18), in quem errorem is, qui exscripsit, ne poterat quidem incidere, quia in diphthongo initiali formae Doricae ΑΙΡΗΜΕΝΟΙΣ primam vocalem produci fere ignorabatur (vide Ahrens De dialectis II p. 299). Hic igitur ipse lapicida iota omisit, neque est cur reliquis locis, ubi idem usu venit (vs. 3 τᾶ, vs. 40 τῶ, vs. 41 Διονύςω, vs. 49 ἁλία, et in coniunctivis ἦ vs. 118, δ(έ)η vs. 139) eum, qui transscripsit, culpemus, praesertim cum plerumque recte additum sit, vel in mediis vocabulis τραγωιδούς, κωμωιδούς vs. 21. 86. Semel perperam adicitur iota (Ἀριςτομένηι vs. 59). Vides tenuia consuetudinis, quae postea latissime patuit, initia, quae Corcyrae ut multis aliis locis a saeculo secundo a. Chr. n. incipere docent tituli n. 685, 16. 688, 13. 692, 15. 17. 19. Qua aetate Doricae dialecto hic illic nonnulla ex vulgari sermone admixta esse (δημόςια vs. 105. 130, τετάρτη vs. 2, ἀρχή vs. 84, ἀγωνοθέτης vs. 94, τεχνιτῶν vs. 6. 35, ἐκδαν(ε)ιςθῆναι vs. 14) neutiquam incredibile est. Quare haec nolui ad transscribentis errorem referre; sane eius vitia multa et gravia sunt, sed ea fere omnia ad recentiorem pronuntiationem spectant; formas vero verborum ab eo Atticae dialecto accommodatas esse propterea non credo, quia vix quicquam ex eis intellexit, quae exscribebat; aliter non, ut hoc utar, vs. 82 τε scripsisset pro ΤΑΙ dativo articuli (τᾷ). Itaque omnia illa vulgaria intacta reliqui. Cf. n. 489 cum adnotatione et n. 688, 14.

Vs. 2. 3 αριςτολαιδα|λευς emendavit Boeckhius. Vs. 5 ψυλλας emendavit Ahrensius (v. supra). Vs. 12 pro ὡς δέ Boeckhius emendavit (ἐπεὶ) δέ coll. vs. 76, sed Blassius iure lectionem traditam retinuit. Vs. 17 αρξονται. Vs. 18 init. μη τι δι απο αδυνατον. Vs. 25. 27 optativi γένοιτο et παραγένοιντο cum per se soloeci sunt, tum propter interiectos coniunctivos ἀποστείλῃ et λίπῃ intolerabiles. Sed utrum is, qui haec verbis concepit, an lapicida, an is, qui exscripsit, peccaverit, in medio relinquendum est; item utrum γένηται et παραγένωνται rescribendum sit, an κ' ante ἀδύνατον delendum et optativi ἀποςτείλαι et λίποι reponendi. Nam qui hoc praetulit Blassius recte quidem ad alios locos (vs. 29 sqq. 66 sqq. 72 sqq. 82. 100. 109. 125 sqq. 132 sq. 135) provocavit. Sed καδυνατον pro αδυνατον errore aut incisum aut exscriptum esse perquam improbabile est. Quare

nihil mutare satius duxi. Vs. 36 εοντο; ibid. δοδεντα. Vs. 37. 38 γλαυκους, | ωτανδρος. Versuum divisionem non ex lapide expressam, sed plane arbitrariam esse tenendum est. Vs. 38 Ѳευδορου; ibid. μερτιλου. Vs. 40 του emendavit Ahrens (v. supra). Vs. 45. 46 καὶ πλειονάκις τοὺς αὐτούς, διαλιπόντας ἔτη δύο Boeckh, Blass. Sed haec arctissima conexione inter se contineri manifestum est, ut enuntietur eosdem non licere refici nisi biennii intervallo intermisso; quare comma sustuli. Vs. 47 ευδομηκον|τα, sine dubio transscribentis errore. Vs. 52 ἐν Καρυκτᾶι Boeckh, Blass, qui proprium loci cuiusdam nomen intellegunt. Probabilius C. Wescher *Rev. arch.* XII (1865) p. 311 sqq. καρυκτάν sc. ἁλίαν id comitiorum genus interpretatur, quod Athenis ἐκκλησία σύγκλητος dicitur; etsi κηρυκτὸς στέφανος, quem ille sententiae suae firmandae causa affert, ab hac quaestione alienus est. Vs. 55 συναλλασσονται. Vs. 59 τωι μεν αριστομενηι. Vs. 61 χρηματιζοντο. Vs. 70 παραλαβοντι. Vs. 74 παραδοιηντο. Retinui Boeckhii emendationem; Blassius το delet, ex insequentis τοῖς initio male repetito ortum existimans; [αὐ]τ[ά] Mustoxydis. Fortasse, quam coniecturam Blassius proposuit, τὸ retinendum est et post hunc articulum (κεφάλαιον ἢ τὸν τόκον) supplendum. Vs. 76 παραδοντι. Vs. 77 εγδανεισομην|τι. Vs. 82 εν τε δωσει; ε pro αι a transscribente positum secundum hodiernam diphthongi pronuntiationem. Vs. 90 παραγινονται. Vs. 93 εφερεθεισιν. Vs. 94 ποιητω. Vs. 95. 96 συνεδραιωνται και πα|ραλαβειη. Vs. 96 εκαστη. Vs. 99 παραδιδοντες; ibid. παραλαβοντι. Vs. 100 πα|ραδοντι; ibid. οι δε μη. Vs. 104 pro εκλογιζοισθω Boeckhius emendavit ἐκλογιζ[έ]σθω. Sed errorum, quibus sane scatet apographum, causae plerumque in propatulo sunt, cum in hac flexione ου pro ε scriptum esse permirum videri debeat. Recte igitur Blassius mentionem fecit formarum, qualis est ἑλόσθω, quarum non modo in titulis Atticis sat magnus numerus exstat (cf. Meisterhans *Grammatik der attischen Inschriften* ed. 2 p. 133), sed ne Dorida quidem eis abstinere ἐπελάσθω (i. e. ἐπελαόσθω, nam αε in η contrahi debebat) in tab. Heracl. I, 127 et ἀνελόσθω in titulo Tegeae reperto I. G. A. 68 indicio sunt. Hic sane accurate -όσθω, non -ούσθω scribendum erat. Vs. 105 εξεσθω. Vs. 116 δωντο. Vs. 117 si οἱ δέ, quod in apographo est, retinere coneris, duplici emendatione, προστάται(ς) et φερ[όν]τω opus sit. Adde, quod προστάτας, quem eundem esse magistratum probabile est, n. 682, 3 singulari numero commemoratur. Quare cum Boeckhio ὁ δὲ scripsi. Vs. 117. 118 apographum haec habet ακα|μειον η τριακοσται μη εξεστω δε και αλλωι τωι λωντι. In quibus ab ἐξέστω novum enuntiatum incipere apparet. Neque enim μὴ ἐξέστω coniungi licet, siquidem absurdum est aliquid non licere unicuique, qui velit. Iam Boeckhius, quem Blassius secutus est, ακα in ἀμέραι mutavit et μή tamquam insiticium eiecit; utrumque perquam violenter, cum mea emendatione una modo littera (M in A) mutetur ac tamen eadem sententia restituatur. Vs. 124. 125 εισπρασσον|ται. Vs. 125 προαιρουνται. Vs. 133 παραγένονται. Vs. 139 καδη το αργυριον. Vs. 140 in apographo sic se habet: κα δοκηι βουλαι και αλιαι - - καθως εχουσι γινεσθω δε μη. Cum Boeckhio et Blassio Maffei emendationem recepi. Vs. 143 αναθεμενον ποι καδοκηι. Boeckhius emendat ὅποι, Ahrensius probante Blassio ὅπ[ε]ι, quod praetuli cum propter n. 682, 12. 685, 15. 16. 688, 12, tum quia etiam alibi O pro E perperam lectum est (vs. 100 οι pro εἰ, vs. 121 συνοικει pro συνείκει). Vs. 144 αναθεσεις. Vs. 146 ταμιαι.

---

695 Corcyrae. Ex schedis Apostoli Zeni ed. Montfaucon Diar. Ital. p. 422 (Mustoxydis Illustr. Corcyr. II p. 91; Dobree Diar. class. XXX p. 140; Rose Inscr. p. 408; Boeckh C. I. G. 1850; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 267 n. C; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 100 n. 3213).

ΘΕΟΣΤΥΧΑΝΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣΔΕ
ΚΑΤΑΣΜΑΧΧΙΔΑΝΔΙΔΩΤΙ....
ΠΟΛΥΤΙΜΩΙ....ΑΙΚΑΠΑΣΧΗΤΑΝΓΑΝ....
ΕΠΑΚΟ....ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΑΝ
ΔΑΜΟΥΧΙΔΑΣΕ.ΚΛΕΙΔΑ
ΠΟΛΥΤΙΜΩΙ..ΛΩΝΙΔΑΣΑΣΧΥΛΟΥ
ΤΑΝΕΝΚΝΙΣΙ.....

Θεὸς τύχαν. Ἀριστοδάμ(α)ς Δε.... |κα(ς) τᾶς [Β]αχχιδᾶν δίδωτι | Πολυτίμῳ .... αἴ (τί) κα πάσχῃ τὰν γᾶν [τὰν .....] | ἐπάκο[ος] Ἀριστοδάμαν[τι] | Δαμουχίδας Ε[ὐ]κλείδα, | Πολυτίμῳ [Φι]λωνίδας Α(ἰ)σχύλου. | τὰν ἐν Κνισι.....


Pleraque Dobraeus ingeniose restituit, etsi pro incredibili transscribentis neglegentia multa incerta manent. Vs. 1 fin. 2 init. aut δεκάτας Βαχχιδᾶν aut Μαχάτα Συμχιδᾶν Dobree, Δεκάτα ἐκ Βαχχιδᾶν Boeckh. Quae omnia displicent; nam ut taceam neque δεκάτας hic aptam significationem habere, neque Δεκάτας nomen proprium in lingua Graeca fuisse ulla ex parte probabile esse, ne id quidem ullo exemplo aut Corcyraeo aut alio defenditur, hominem addito gentis cuius sit nomine appellari. Quare Bacchidarum gentem longe alio consilio hic commemoratam fuisse opinor, quod propter mutilam lapidis condicionem definiri iam non licet. Quod in Zeni apographo vs. 2. 3 extr. defectus litterarum nonnullarum notatur, vs. 1 non item, nullius momenti est. Nam statim vs. 4, qui tamen manifesto in fine mutilus est, nihil eiusmodi significatur. Bacchidarum nomen recte restitutum existimo, etsi ad eam litterae B formam, quae n. 521, 4 est quaeque sane perfacile cum M confundi poterat, provocare non licet propter tituli aetatem, qui, etsi singularum litterarum formae praestari non possunt in tali apographo, tamen manifesto litteratura Ionica exaratus fuit. Vs. 3 αἴ κά [τι] editores omnes. At etsi TI ante Π facillime omitti poterat, tamen ordinem verborum mutandum existimavi propter eam legem, quam Guilelmus Schulze professor Gottingensis a se observatam per colloquium mecum communicavit; nempe apud omnes Dorienses, cum in aliis particulis et pronominibus haec collocatio usitata esset ὅς κά τι, ὅπει κά τις, ἐπεί κά τις, in coniunctione conditionali constanter αἴ (εἴ) τίς κα, εἴ τί κα dici. Contra reliquas gentes hic quoque illum vulgarem ordinem sequi. Ac de Corcyraeorum quidem usu testatur titulus n. 694, 103: εἰ δέ τί κα ὁ ἀγωνοθέτας ἢ οἱ χειρίζοντες τὸ ἀργύριον μὴ ὀρθῶς ἀπολογίξωνται. Vs. 4 ἐπάκο[οι] iidem sunt, qui alibi μάρτυρες; hic vocis usus recurrit in titulis Laconicis I. G. A. 83, 7. 84, 3. 86, 10. 88, 9. Postremi versus reliquias ab eo, qui exscripserit, praepostero loco additas ac potius cum versus tertii fine coniungendas esse (τὰν γᾶν τὰν ἐν Κνισι.....) haud improbabiliter coniecit Blassius. Sed fieri etiam potest, ut ab his alterius fundi donatio incipiat, ad quam ex priore illa δίδωτι Πολυτίμῳ — τὰν γᾶν mente repetenda sint. Sic sane statuendum est vs. 3 post τὰν γᾶν similem situs definitionem ac vs. 7 est intercidisse in lacuna, quam apographum indicat.

---

4. TERMINI.

696. 697 Columna rotunda lapidis calcarii leucophaei; altitudo 1,8 est, ambitus 1,5. Corcyrae inventa est prope sepulcrum Menecratis (n. 867), exstat in museo. Edd. Franz *Arch. Zeitg.* 1846 p. 378 tab. XLVIII n. 4; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 252 n. LXXXII cum imagine xylographa (inde antiquiorem titulum n. 696 solum repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 579 not. 63); W. Vischer Mus. Rhen. IX p. 384; *Epigr. und arch. Beiträge* p. 10 (*Kleine Schriften* II p. 18) n. 23 tab. II, 8. Titulum n. 696 lapide denuo inspecto ed. Roehl I. G. A. p. 81 n. 345 (Imagines ed. 1 p. 61 n. 15, ed. 2 p. 73 n. 17; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 55 n. 86; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 130 n. 101); minusculis litteris O. Riemann, *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 43 n. 3 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 85 n. 3191; cf. quae de titulo observavit A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alpha-*

bets ed. 4 p. 106 sq.). Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.



Antiquior titulus n. 696 in planicie angusta accuratissime laevigata ab imo sursum currens incisus est, recentior n. 697 paullo propius ab superiore quam ab inferiore lapidis fine per dimidium fere ambitum circularem cylindri pertinet.

696 Λεξειάτας.


Hunc nominativum esse vocabuli in -τας a nomine proprio Λεξείας derivati, quod adiectivi instar usurpatum hunc Lexiae nescio cuius terminum significaret, perspexit Kirchhoffius. Sed iniuria mihi in medio reliquisse videtur utrum Λεξειάτας an Ληξειάτας legendum esset. Nam hoc quidem nomen non potest non ad verbi quod est λαγχάνειν radicem revocari; a qua si descenderet, Corcyraeorum dialectus ᾱ pro η flagitaret. Quare vocalis corripienda est. Et propter scripturam sinistrorsum currentem et propter Corinthiam litterae ε formam servatam (B) titulum satis antiquum iure existimat Kirchhoffius, etsi illis antiquissimis monumentis dedicatoriis (n. 704. 705) et sepulcralibus (n. 867. 868. 869. 870) aliquanto recentior habendus sit, quia hic iam I et Σ pro Ϟ (ἰῶτα) et M (σῖγμα) scribantur. Quae cum ita sint, haud absurde priore saeculi a. Chr. n. quinti parte hanc inscriptionem incisam conieceris.

697 Διοσκούρων.

Litteratura quarto a. Chr. n. saeculo titulum exaratum docet.

---

698 Lapis calcarius cylindri figura; altitudo 0,90, ambitus 1,28. In superficie excavatio rudi arte elaborata. Effossus lapis anno 1845 in antiquo Corcyraeorum oppido ad radices collis, in quo est monasterium S. Euphemiae, exstat in museo Corcyraeo. Edd. Mustoxydis Ephem. Ion. 1845 p. 29 sqq. (inde Rangabé *Ant. Hell.* 356); *Delle cose Corciresi* p. 254 n. LXXXIII cum imagine xylographa (inde C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 575 n. 77); ex ipso lapide R. Bergmann Hermae II p. 139 n. 2. Eius exemplum denuo cum lapide collatum repetivit Roehl I. G. A. p. 81 n. 346 (Imagines ed. 1 p. 62 n. 16, ed. 2 p. 74 n. 18; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 34 n. 26, ed. 2 p. 56 n. 87); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 43 n. 4 (E. L. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 130 n. 102; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 85 n. 3192. Cf. quae de titulo disserunt A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 106 et Bernardus Schmidt *Jahrb. für Philologie* CXLV (1892) p. 313 sqq.). Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.



Bergmannus et Roehlius initio versus prioris dimidiatam aspirationis notam (⊣) exhibent, sed ectypum non modo nullum eius vestigium habet, sed etiam collocatio litterarum cum vs. 2 collata demonstrat, O primam totius tituli litteram fuisse. Quae antiquiores intra litterae O circulum exhibent puncta et lineolas, eas lapide fortuito laeso natas esse docent multa similia vestigia per omnes tituli partes dispersa, quae in ectypo conspiciuntur.

Ὄρϝος ἱαρὸς | τᾶς Ἀκρίας.

Titulum hunc aetate supparem esse ei, qui proxime antecedit, ex litteratura iure meritoque collegit Kirchhoffius. Ἀκρίαν Iunonem interpretatur B. Schmidt, qui probabiliter apud Thucydidem III, 75, 5 τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον eam intellegit, quae nunc castellum oppidi sustinet, Heraeum vero in colle monasterii S. Euphemiae, cuius ad radices hic terminus effossus est, situm fuisse existimat. Neque enim recte cognomen Ἀκρία ad promunturium potissimum referri, cum in universum deam, quae edito loco fanum habeat, designet; sic etiam interpretari Hesychium Ἀκρία· ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Ἄργει, ἐπί τινος ἄκρας ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς καὶ Ἀκρίσιος ὠνομάσθη. ἔστι δὲ καὶ ⟨ἡ⟩ Ἥρα καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη προσαγορευομένη ἐν Ἄργει, κατὰ τὸ ὅμοιον ἐπ' ἄκρῳ ἱδρυμέναι.

---

699 Columna lapidis calcarii, altitudo 1,44, ambitus mediae partis 0,90. Titulus in planicie angusta laevigata, ut n. 696. Supra titulum duae lineae parallelae incisae, quas pictura sequi debebat. Inventus lapis Corcyrae ad aediculam Panagiae Νεραντύκα dictam, prope rivulum, cuius in vicinia antiquitus templum fuit. Ed. Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 98. Accuratius exscripsit Broendsted, cuius ex schedis habet Boeckh C. I. G. 1877; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 262 n. LXXXVI (Roehl I. G. A. p. 81 n. 347; Imagines ed. 1 p. 62 n. 17, ed. 2 p. 74 n. 19; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 130 n. 103); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 42 n. 2 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 86 n. 3193). Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.

Lapidis figura:



ΡΟΟΣΠΥΘΑΙΟΣ

Ῥόος Πυθαῖος.

Paullo recentiorem quam n. 696. 698 hunc lapidem existimat Kirchhoffius, quia digamma in titulo n. 698 etiamtum in media voce servatum hic omittatur (cf. n. 868, 3 ῥοϝαῖσι). Neque tamen ad postrema saeculi quinti tempora pertinere probabile est, praesertim quia theta etiamtum crucem, non punctum, habet, quam antiquiorem formam fere omnes Graecae gentes abiecerunt aliquanto ante quam Ionicam litteraturam asciscerent.

---

700 In antiquo Corcyraeorum oppido. Habet Cyriacus p. XIX n. 131 et ex suis schedis Muratori T. III p. MDCCXXI, 1 (Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 104; Boeckh C. I. G. 1909; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 260 n. LXXXIV; C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 577; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 34 n. 27, ed. 2 p. 56 n. 88; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 86 n. 3194).

ΟΡΒΟΣΙΑΡΟΥΚ
ΑΙΟΣΙΟΥ

Ὄρβος ἱαροῦ κ[αὶ] ὁσίου.

Iniuria Wachsmuthius et Blassius de fide exempli a Cyriaco confecto, quo sane omnis tituli memoria continetur, dubitantes ὄρ[ϝ]ος emendare

conati sunt. Etenim aspirationis nota in ἰαροῦ omissa litteraturam Ionicam testatur. Iam nullum quidem praeterea tenemus titulum Corcyraeum, qui ceteroquin Ionicis litteris consignatus tamen spirantis labialis signum retineat. Reliquos vero Graecos duplicem viam ingressos esse constat, cum aut ex antiqua scriptura notam ⊏ retinerent aut Ionicam B praeter mediam etiam illam spirantem significare vellent. Utrum Corcyraei fecerint, hic titulus docet, cuius testimonium haud mediocriter adiuvatur nummo Dyrrhachinorum, qui Corcyraeorum coloni fuerunt, cum inscriptione BOIKHNOΣ, qui est manifesto genetivus nominis Βοικήν derivati a ϝοῖκος terminatione per illas regiones frequentissima (*Catalogue of Greek coins, Thessaly to Aetolia* p. 68 n. 45; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 103 n. 3225). Ceterum cum Boeckhius etiamtum Ὄρβος pro nomine proprio habuisset, Mystoxydis appellativum terminum significans agnovit.

---

701 Lapis coni figura, Corcyrae in museo Prossalendi. Ed. Dodwell Itin. T. I p. 35 (Boeckh C. I. G. 1876; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 261 n. LXXXV).

Ο Ρ Ο Σ
Φ Α Λ Α Κ Ο Σ

Ὅρος | Φάλακος.

Boeckhius emendavit Φα[ί]ακος, dubitans ipse. Mihi praestare videtur nihil mutare. Deum vel heroa ceteroqui ignotum significari apparet.

---

702 Lapis coni figura, Corcyrae in museo Prossalendi. Ed. Dodwell Itin. T. I p. 35 (Boeckh C. I. G. 1870; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 240 n. LXXIV; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 100 n. 3215).

Δ Ι Ο Σ
Μ Η Λ Ω Σ Ι Ο Υ

Διός | Μηλωσίου.

---

703 Lapis coni figura, Corcyrae in museo Prossalendi. Ed. Dodwell Itin. T. I p. 35 (Boeckh C. I. G. 1872; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 250 n. LXXIX).

Α Φ Ρ Ο Δ Ε Ι Τ Η

Ἀφροδείτη[ς].

Aut sic aut Ἀφροδείτῃ legendum esse videtur Boeckhio. Sed cum lapidis figura significet, terminum, non basin anathematis esse, genetivus necessario praeferendus est.

---

culi ineuntis esse nunc omnes periti consentiunt. De illa prima pugna navali a. 664 a. Chr. (v. ad n. 867) ne hic quidem cogitari licet, quia, ut Rossius rectissime observavit, non de proelio navali dicitur, sed de certamine pedestri ad naves in ripa Aratthi fluminis commisso. Probabiliter Kaibelius coniecit, leonem iuxta haec sepulcra inventum et a primis editoribus perperam ad Menecratis, qui omnino non pugnans mortem oppetiit, monumentum relatum, olim Arniadae potius tumulo impositum fuisse; quo de more provocat ad Anthol. Palat. VII, 161, ubi aquila sepulcro Aristomenis imposita commemoratur, et VII, 426: *εἰπέ, λέων, φθιμένοιο τίνος τάφον ἀμφιβέβηκας, βουφάγε; τίς τᾶς σᾶς ἄξιος ἦν ἀρετᾶς;* eiusdem generis monumenti reliquiae exstant Thebis cum epigrammate (I. G. sept. I, 2540) sic incipiente: Ἔλθ' *ἐπ' ἐμέ, σκέψαι με, τὸν ἄλκιμον, ὡς ἐπὶ τύμβῳ* Εὐ*βίωνος κεῖμαι μνῆμα βίου φθιμένου.*

Primi editores legerunt vs. 1 Σ*ᾶμα τόδ'* Ἀ*ρνιάδα* Χ*άροπος· τόνδ' ὤλεσεν* Ἄ*ρης*, dum Rossius *χαροπός* epitheton, quod alibi Minervae, leonibus aliisque animalibus tribueretur, hic de Marte usurpari intellexit. Blassius sane ad illam pristinam rationem rediit, quia in Rossiana ei cum asyndeton displicebat, tum nomen paternum omissum. Sed illud quidem aliorum priscorum epigrammatum, veluti C. I. A. I, 469, 1 Σ*ῆμα* Φ*ρασικλείας· κούρη κεκλήσομαι αἰεί* exemplo bene defendit Cauer, hoc vero per se non magni momenti est; nam cum ex tribus monumentis aetate supparibus duo (n. 867. 869) nomen patris addant, tertium (n. 868) omittat, certam legem aut morem statuere non licet. Quod contra in Blassii sententia nomen Ἄ*ρης* epitheto carens sane offensioni esse monuit Cauer. Vs. 2 *βαρνάμενον* cf. n. 521, 4. C. I. A. IV, 1, 2 p. 108 n. 446*a*. De litterae *βῆτα* forma Corinthia cf. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 102. In postremo versu *ἀριστεύτοντα* lapicidae errori deberi omnes consentiunt, sed utrum T perperam additum sit, ut statuunt Roehlius et Cauerus, an pro F errore incisum (sic primus Franzius; probarunt Kaibel, Roberts, Hoffmann) definiri non posse recte iudicavit F. Blass *Über die Aussprache des Griechischen* ed. 3 p. 75 not. 275.


869 Columna rotunda marmoris albi cum capite simplici, cuius formam delineavit O. Puchstein *Das ionische Capitell* p. 47. Nonnullis locis exstant vestigia coloris rubri. Abacus, in quo titulus incisus est, a. 0,17, l. 0,77. In ea planicie, quae titulum habet, bis bina foramina, item in latere sinistro bis terna, in quibus omnibus adhuc exstant clavi. Inventus lapis ineunte mense Augusto anni 1866 Corcyrae prope monumentum Menecratis (n. 867) in hortulo domus privatae, cuius dominus erat Γ*εώργιος* Λ*ιτζαρόπουλος*, illatus in museum, ubi nunc etiam est. Edd. ex Decharmii litteris E. Egger *Comptes rendus de l'académie des inscriptions* 1866 p. 383. 393 (cf. quae adnotaverunt E. Miller ibid. p. 398 sqq.; E. Egger 1867 p. 158 sqq.); R. Bergmann Hermae II p. 136 n. 1 (H. Schliemann *Ithaque, le Péloponnèse et Troie* 1869 p. 7 ex Decharmii exemplo); minusculis litteris ex ectypo et apographo, quae Romanos gymnasii Corcyraei director confecerat, Engelmann *Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1872 p. 35; ex his, adhibito etiam novem postremarum litterarum ectypo chartaceo, Roehl I. G. A. p. 81 n. 344 cum Add. p. 182 (Imagines ed. 1 p. 61 n. 14. ed. 2 p. 73 n. 16; G. Kaibel Epigr. Graec. 181; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 1 p. 32 n. 25. ed. 2 p. 55 n. 85; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 130 n. 100; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 85 n. 3190; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 94 n. 2; E. Hoffmann Syll. Epigr. Graec. p. 34 n. 48. Cf. quae de titulo adnotavit A. Kirchhoff *Studien zur Geschichte des griech. Alphabets* ed. 4 p. 105 sq.). A. Wilhelm ectypum chartaceum transmisit, cuius imaginem exhibemus.

De litterae Θ forma cf. quae adnotavi ad n. 867. 868.

Σ*τάλα* Ξ*ενϝάρεος τοῦ* Μ*ʽειξιός εἰμ' ἐπὶ τύμῳ.*

Hoc quoque epitaphium iure sexto a. Chr. n. saeculo vindicaverunt Kirchhoffius et Kaibelius; litterarum formae et significationes eaedem sunt ac n. 867. 868, etsi propter elegantiam scripturae hunc lapidem illis paullo recentiorem existimaveris. Nam singulae litterae hic accuratissime et pulcherrime incisae sunt, cum si totum titulum spectes, sane quaedam inaequalitas in magnitudine et positura litterarum cernatur. Ξ*ενϝάρης* digamma habet ut n. 867, 3 *πρόξενϝος*. Aspiratio post *μῦ* posita in Μ*ʽείξιος* satis defenditur titulis I, 3493 Μ*ʽειλο* .... et Olympia V p. 51 n. 22*b*, 12 *τῶι* Μ*ʽεγαρ[εῖ]*. Scripturam *τύμῳ* pro *τύμβῳ* non lapicidae incuria natam esse, sed hanc vocis formam Corcyraeorum dialecti propriam fuisse huius tituli cum n. 870, 2 consensus probat. Latinum *tumulus* haud inepte contulit Bergmannus.

870 Fragmentum lapidis inventum a. 1819 Corcyrae, fuit postea ibidem apud Gangadium. Periisse videtur. Ex apographo a Creuzero sibi misso ed. Boeckh C. I. G. 20 (inde I. Franz Elementa Epigr. Graec. p. 76 n. 31). Accuratius edd. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 268 n. CI cum imagine xylographa (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 578 n. 81; G. Kaibel Epigr. Graec. Add. p. 519 n. 181*a*; Roehl I. G. A. p. 78 n. 340; Imagines ed. 1 p. 60 n. 10. ed. 2 p. 72 n. 12; P. Cauer Delectus Inscr. Graec. ed. 2 p. 54 n. 82; E. S. Roberts *Introduction to Greek Epigraphy* I p. 127 n. 96; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 83 n. 3186; E. Hoffmann Epigr. Graec. p. 31 n. 45. Nos quoque Mustoxydis exemplum repetimus). Cf. quae de titulo disputavit E. Loch De titulis Graecis sepulcralibus, Regiomonti 1890, p. 2 sq.



Vs. 3 a dextra iuxta ⊓, a quo in exemplo Mustoxydis versus incipit, Creuzerianum apographum litteras ◁TF habet; sed eas Mustoxydis testatur recentiore aetate additas esse.

[Σ*τάλα* Σ]*ίμου ματρὸς ἐγὼ ἕστακ' ἐπὶ τύμῳ,*
Π*ολυνόϝας, σ[τοναχὰ δ' υἱῷ κατελεί]πετο ματρ[ός].*

Litteratura plane eadem ac n. 867—869, ut recte Kaibelius hunc quoque lapidem sexto a. Chr. n. saeculo vindicasse videatur. Vs. 1 init. [Σ*ᾶμ'* Ἐ*χετ*]*ίμου* Roehl (*σᾶμα* iam Kaibelius suppleverat). Sed Lochius monuit, in titulis Corcyraeis antiquis *σᾶμα* totum sepulcrum (n. 867, 1. 868, 1) significare, cuius partes distinguerentur tumulus (*τῦμος* n. 869. 870, 2) et cippus ei impositus (*στάλα* n. 869), eundemque sermonis usum cum apud

Homerum tum ubique in litteris Graecis praeter nonnulla epigrammata infimae aetatis, in quibus σᾶμα idem atque ἐπίθημα esset, observari. Quare hic στάλα, non σᾶμα dicendum fuisse. Nomen supplevi certa ratione, nam alii hic locus est nulli. Σῖμος nomen satis antiquum esse probat Thucydides VI, 5, 1 inter conditores Himerae, cuius origines hoc titulo certe non recentiores sunt, Simum Zanclaeum recensens. Vs. 2 Πουλυνόϝας Roehl contra scripturae antiquae Corinthiae, quae in hoc quoque titulo obtinet (vs. 1 [Σ]ίμου), usum. Πωλυνόϝας Wilamowitz, sed ne hoc quidem opus esse vidit Blass. Productio metrica non tam, ut is vult, nomine proprio excusari mihi videtur, quam talibus mensuris quales sunt ἀθάνατος, ἀκάματος. Quarum exemplum cur sequi maluerit poëta quam talium, quale est Πουλυδάμας, latet, nisi hic quoque dialecti Doricae, quae illud πουλυ- ignorat, cum epica coniunctio culpanda est. Alterius hexametri supplementum a Kaibelio propositum recepi; nam iniuria id Blassius impugnasse videtur, cum diceret postremam vs. 2 litteram μῦ potius quam σῖγμα esse videri. Non ita est, quandoquidem in Mustoxydis imagine dextram hastam directam non integram exstare indicatur.

871. 872 Inter titulos Corcyraeos ab Apostolo Zeno acceptos ed. Montfaucon Diar. Ital. p. 425 (Muratori T. III p. MCDXXXIII, 7; Bonada T. I p. 340; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 109 sqq.; Brunck Analect. T. III p. 309 n. 728; Iacobs Animadv. T. III P. II p. 314; Anthol. Palat. Append. n. 201 cum notis p. 931, cf. Ruhnken ap. Koenium ad Gregor. Corinth. p. 609 ed. Lips.; Boeckh C. I. G. 1914; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 292 n. CV; G. Kaibel Epigr. Graec. 183; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 113 n. 150. Cf. quae adnotavit F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 102 ad n. 3219).

(871) ΗΜΑΛΑΔΗΠΕΡΙΣΕΙΟΛΥΓΡΟΜΠΟΤΜΟΝΕΚΛΥΕΠΑΤΡΑ
ΑΛΚΗΑΜΦΙΛΟΧΩΓΓΑΙΑΘΡΑΣΥΠΤΟΛΕΜΩΝ
ΟΥΝΕΚΕΝΙΛΛΥΡΙΟΙΣΙΝΥΦΙΠΠΟΜΑΧΟΙΣΙΔΑΜΑΣΘΗΣ
ΟΣΤΕΑΔΕΝΝΑΣΟΙΓΑΙΔΕΤΑΡΟΙΕΚΤΕΡΙΣΑΝ
(872) ΚΑΙΣΟΥΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΥΠΙΣΤΟΙΦΙΛΟΙΟΥΚΕΛΑΘΟΝΤΟ
ΣΙΝΝΑΦΥΛΟΠΙΔΟΣΔΕΞΕΡΥΣΑΝΣΤΥΓΕΡΑΣ
ΑΜΦΙΛΟΧΟΙΘΡΑΣΕΩΝΕΥΕΙΔΟΤΕΣΕΡΓΟΝΑΚΟΝΤΩΝ
ΟΙΣΕΜΕΓΑΧΝΥΜΕΝΟΙΣΥΓΓΕΝΗΕΚΤΕΡΙΣΑΝ

871 Ἦ μάλα δὴ περὶ σεῖο λυγρὸμ πότμον ἔκλυε πάτρα,
Ἀλκή(ν), Ἀμφιλόχωγ γαῖα θρασυπτολέμων,
οὕνεκεν Ἰλλυριοῖσιν ὑφ' ἱππομάχοισι δαμάσθης,
ὀστέα δ' ἐν νάσ[ῳ] [τ]ᾷδ' ἕταροι κτέρισαν.

872 Καὶ σοῦ ἀποφθιμένου πιστοὶ φίλοι οὐκ ἐλάθοντο,
Σίννα, φυλόπιδος δ' ἐξέρυσαν στυγερᾶς
Ἀμφίλοχοι, θρασέων εὖ εἰδότες ἔργον ἀκόντων,
οἵ σε μέγ' ἀχνύμενοι συγγενῆ ἐκτέρισαν.

Duorum hominum Amphilochorum Alcenis et Sinnae epitaphia hic haberi perspexit Blassius, qui cum in eodem proelio occubuissent, una sepulti sunt. Priores editores cum de uno mortuo cogitarent, aut n. 871, 2 aut n. 872, 2 nomen proprium quaesiverunt. Ac Kaibelius quidem rectissime priore loco Ruhnkenii inventum ἀλκ[ίμα] cum violentius tum a sententia minus aptum ratus ex ingeniosa Wilamowitzii coniectura Ἀλκή(ν) reposuit, nomen cum stirpe tum derivationis ratione illarum regionum usui accommodatissimum (cf. F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 103 n. 3225). Sed n. 872, 2 frustra nomen proprium expellere conati sunt iidem duumviri; certe Wilamowitzii emendatio ἔντεα probari nequit, cum de ipso corpore, non de armis dici manifestum sit. Accedit quod illud καί n. 872, 1, si conectendis enuntiatis inserviret, id quod in unius quidem hominis epitaphio necessario statuendum esset, importunissime idem, quod antea iam narratum erat, tamquam novam rem adiungeret. Quod contra in Blassii sententia καὶ σοῦ — οὐκ ἐλάθοντο '*ne tui quidem obliti sunt*' aptissime dicitur. Denique idem exitus (κτέρισαν n. 871, 4; ἐκτέρισαν n. 872, 4), ut in duobus carminibus accurate inter se respondentibus venustus, sic in uno eodemque molestissimus est.

Ante Corcyram a Romanis occupatam (a. 229 a. Chr.) hunc cippum positum existimo; nam post illud tempus vix illic talibus proeliis locus erat. Accuratius nihil statui potest, quia ignoramus, qua potissimum aetate Amphilochi Aetolorum sympolitiae se adiunxerint; nam quo tempore haec incisa sunt, etiamtum sui iuris fuisse videntur. Utique tertio a. Chr. n. saeculo non videtur antiquior titulus.

873 Olim Corcyrae, sed a. 1759 translatum in museum Nanianum. Edd. Almorò Albrizzi *Foglietti lett.* Mart. 26 a. 1725; ex apographo ab Octavio Bochio misso Muratori T. II p. MXLI, 5 (inde minusculis litteris Dorville ad Charitonem p. 352 ed. Lips.); *Mem. per serv. alla storia letteraria* T. I P. V (1753); aeri incisum Paciaudus Monum. Pelop. vol. II p. 189 (Mus. Nan. ant. coll. n. 60; Bonada T. II p. 532; Brunck Analect. T. III p. 305 n. 714, cf. Iacobs Animadv. T. III P. II p. 293; Iacobs Anthol. Palat. Append. n. 251; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 209 sqq.; Boeckh C. I. G. 1886; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 299 n. CVIII; G. Kaibel Epigr. Graec. 184; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 116 n. 176). Cf. quae de titulo exposuit F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 102 ad n. 3219. Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (cf. quae adnotavi ad n. 643) n. 263.

ΜΥΡΙΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟΤΑΦΩΙΠΕΡΙΤΩΙΔΕΧΥΘΕΙΣΑ
ΠΑΙΔΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΜΥΡΑΤΟΚΑΛΛΙΟΠΑ
ΩΚΥΜΟΡΟΝΚΑΙΑΤΕΚΝΟΝΕΠΕΙΘΕΤΟΤΑΙΔΥΠΟΓΑΙΑΙ
ΕΠΤΑΚΑΙΕΙΚΟΣΕΤΟΥΣΠΝΕΥΜΑΛΙΠΟΝΤΑΒΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΑΠΑΙΔΕΙΑΣΤΟΞΩΙΚΛΥΤΟΝΩΙΠΟΚΑΛΗΣΤΑΣ
ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥΣΑΛΙΑΙΣΚΤΕΙΝΕΝΕΠΙΣΤΡΟΦΑΣΙΝ
ΑΛΛΙΘΙΝΥΝΠΑΡΟΔΙΤΑΤΟΝΕΚΧΘΟΝΟΣΑΛΚΙΝΟΟΙΟ
ΧΑΙΡΕΙΠΩΝΑΓΑΘΟΥΠΑΙΔΑΓΑΘΟΝΣΑΤΥΡΟΥ

Μυρί' ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα
παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα,
ὠκύμορον καὶ ἄτεκνον ἐπεὶ θέτο τᾷδ' ὑπὸ γαίᾳ
ἑπτακαιεικοσετοῦς πνεῦμα λιπόντα βίου,
ἵστορα παιδείας, τόξῳ κλυτόν, ᾧ ποκα λῃστὰς
ἀνδροφόνους ἁλίαις κτεῖνεν ἐπὶ Στροφάσιν.
ἀλλ' ἴθι νῦν, παροδῖτα, τὸν ἐκ χθονὸς Ἀλκινόοιο
χαῖρ' εἰπὼν ἀγαθοῦ παῖδ' ἀγαθὸν Σατύρου.

Kaibelius ante annum 227 a. Chr., quo Romani Illyricorum latrocinia sustulissent (Polyb. II, 11 sq.), hoc epigramma compositum videri recte pronuntiavit. Quod idem in λῃστάς omissum iota miratur, addendum est, non minus memorabilem esse ipsam vocalem η, cum praeterea Καλλιόπα, τᾶιδ' ὑπὸ γαίαι atque adeo ποκα scriptum sit. Sed cum altero a. Chr. n. saeculo utraque inconstantia iam non nimis rara sit Corcyrae (de ι omisso cf. n. 685, 16. 688, 13. 692, 15. 17. 19. 694, 3. 40. 41. 49. 118. 121. 139. de η et ᾱ promiscue usurpatis n. 688, 14. 694, 2. 84. 94. 105. 133 cum adnotatione mea), non plane incredibile est, iam tertio saeculo aliquando sic peccatum esse.

874 Stela lapidis calcarii cum aëtomate, in formam aediculae elaborata, a. 0,86, l. 0,43, sine anaglypho. Epistylium et planicies infra spatium excavatum, quod titulum habet egregia cura et arte elaboratum. In epistylio taenia cum nomine sepultae, infra titulus. Inventum monumentum 'ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τοῦ πάλαι μὲν Ὑλλαϊκοῦ λιμένος, νῦν δὲ λίμνης τοῦ Χαλκιοπούλου, κατὰ τὴν μεσημβρινὴν αὐτὴν ὄχθην καὶ παρὰ τὴν κλιτὺν καταφύτου γεωλόφου Κατακαλοῦ καλουμένου ἐν τῇ περιφερείᾳ Καναλίου τῆς νήσου Κερκύρας, εἴκοσι μόλις ἀπέχοντος λεπτὰ ἀπὸ τῆς χλοερᾶς χερσονήσου, ἐφ' ἧς ἔκειτο ἡ ἀρχαία τῶν Κερκυραίων πόλις', inter rudera aedificii cuiusdam. Ed. Ioannes A. Romanos *Mitth. des arch. Inst. in Athen* II (1877) p. 289. Ὥρα 24. Σεπτέμβρ. 1877 (O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 49; G. Kaibel Mus. Rhen. XXXIV p. 182 n. 184*a*; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 117 n. 184). Nunc est Corcyrae in museo, ubi exscripsit A. Wilhelm et ectypum chartaceum misit.

Φ Ι Λ Ι Σ Τ Ι Ο Ν

ΔΟΙΑΙΜΕΝΔΕΚΑΔΕΣΣΕΤΕΛΕΙΟΤΟΚΩΝΕΝΙΑΥΤΩΝ
ΗΔΗΚΑΙΤΡΙΤΑΤΟΥΚΥΚΛΟΣΕΠΕΙΧΕΝΕΤΕΥΣ
ΜΙΣΤΟΜΕΝΑΝΦΘΙΜΕΝΟΙΣΙΦΙΛΙΣΤΙΟΝΑΝΙΚΑΠΕ
ΜΑΤΡΙΠΟΛΥΘΡΗΝΩΙΚΑΛΛΙΠΕΣΑΡΠΑΛΙΔΙ
ΔΩΜΑΔΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΙΟΛΕΛΟΝΧΟΤΟΣΑΚΡΙΤΟΝΑΙΔΑΙ
ΚΑΙΤΕΚΕΑΚΡΥΕΡΑΙΘΗΚΑΣΕΝΟΡΦΑΝΙΑΙ
ΑΓΗΝΟΣΚΛΥΤΟΝΑΙΜΑΣΕΔΥΣΤΑΤΟΝΥΠΝΟΝΕΛΟ
ΠΙΚΡΟΣΟΔΕΖΟΦΕΡΑΙΤΥΜΒΟΣΕΔΕΚΤ

Litterarum formas ex ectypo expressi, quantum eius fieri poterat, nam in mira et magnitudinis et figurae inaequalitate multa erant, quae non licebat typis accurate repraesentare. Vs. 8 ζῆτα in Wilhelmi apographo Ζ est, sed in ectypo agnoscitur Ⲭ, quae forma ex Ι per mediam Ⲭ nata videtur. Praecipue memorabilis est Τ pro Τ constanter usurpata. Permultae hastae, quae vulgo rectae sunt, hic magis minusve curvatae deprehenduntur, sed ne in hac quidem re lapicida sibi constitit. Vs. 7 fin. ΓΛΟ, vs. 8 init. ΓΙΙΚΡΟΣ Wilhelm, sed in ectypo Ε et Γ totae agnoscuntur.

Φιλίστιον [χαῖρε].

Δοιαὶ μὲν δεκάδες σε τελειοτόκων ἐνιαυτῶν
ἤδη καὶ τριτάτου κύκλος ἐπεῖχεν ἔτευς,
μισγομένα⟨ν⟩ φθιμένοισι, Φιλίστιον, ἁνίκα πέ[νθος]
ματρὶ πολυθρήνῳ κάλλιπες Ἁρπαλίδι·
δῶμα δ' Ἀριστάνδροιο λελονχότος ἄκριτον αἶδα[ν]
καὶ τέκεα κρυερᾷ θῆκας ἐν ὀρφανίᾳ.
Ἀγῆνος κλυτὸν αἷμα, σὲ δ' ὕστατον ὕπνον ἑλο[ῦσαν]
πικρὸς ὅδε ζοφερᾷ τύμβος ἔδεκτ[ο κόνει].

Alteri a. Chr. n. saeculo vindicavit Romanos propter scripturam; utique, si non antiquius, certe primis illius saeculi decenniis insculptum est, quia litterarum ductus magnam cum n. 689 similitudinem habent. Sed nescio an vel illo titulo paullo antiquius sit hoc epigramma et tertio etiamtum a. Chr. n. saeculo exaratum. Supplementa Romani sunt praeter vs. 5 extr., ubi is αἶ[σαν], quod ectypo et apographo Wilhelmi emendatur. Kaibelius notatu digna existimat nomina Ἁρπαλίς et Ἀγήν, quae commonefacerent Harpali a Pythea fabula satyrica, cui Agen titulus erat, irrisi. Sed quod per hanc occasionem Agena proavum dicit Philistii, totum epigramma perperam intellexisse videtur. Neque enim dubitandum est, quin Agen et Harpalis parentes sint mulieris defunctae, Aristander vero maritus.

875 Lapis calcarius leucophaeus subruber, fractus a dextra, a. 0,30, l. 0,45, c. 0,17. Litterae, praecipue in versu altero, lectu difficillimae. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm et ectypum chartaceum misit.

ΤΕ

ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣΑΛΕΙΟΣΟΓΔΩΚΟΝ
ΠΑΙΣΞΕΙΝΟΦΑΝΤΟΥΤΑΙΔΕΚΕΥΘΟ
ΤΟΝΑΥΤΟΝΑΠΙΣΑΤΙΣΑΣΤΕΙΑΤΑΦΟΝ
ΣΥΝΑΝΔΡΙΝΑΙΩΠΑΙΣΚΛΥΤΟΥΦΙΛΗΤΟ

[Ἀσ]τε[ία χαῖρε].

Καλλισθένης Ἀλεῖος ὀγδωκον[τέτης]
παῖς Ξεινοφάντου τᾷδε κεύθο[μαι χθονί].
τὸν αὐτὸν ἁ Πισᾶτις Ἀστεία τάφον
σὺν ἀνδρὶ ναίω, παῖς κλυτοῦ Φιλήτο[ρος].

Versus postremi supplementum meum est, reliqua Wilhelmi, qui monet vs. 1 et ante ΤΕ et post has litteras certa scripturae vestigia non agnosci in lapide. Titulus alterius a. Chr. n. saeculi esse videtur.

876 Fragmentum lapidis calcarii leucophaei, supra et infra integrum, a. 0,26, l. 0,25, c. 0,24. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm et ectypum chartaceum misit.

Δ Ι Τ Α Κ Ε Δ Ν Ο Ν Α Ι
Σ Ν Α Υ Σ Ι Θ Ο Υ Π Ο Λ Ι Σ
. Ι Κ Ο Ν Ι Ζ Ε Τ Α Ι
Ξ Ι Α Ν Κ Α Τ Ω Λ Ε Ν Η Ν
Ν Ο Ι Σ Μ Ε Ν Ο Σ
Γ Α Ρ Ε Κ Τ Υ Χ Α Σ
Λ Ι Ω Λ Ε Σ Ε Ν

[Ἄνδρ’ εἰσορᾷς, ὁ]δῖτα, κεδνὸν Αἰ[σχύλου],
[ὃν εὐκλεὴς ἔτικτ]ε Ναυσίθου πόλις·
[νέος δ’ ἅμ’ αὐτῷ παῖς ἀπ]εικονίζεται
[ἀκμὴν ἄωρος, δε]ξιὰν κατ’ ὠλένην
[φέρων ἐρετμόν, βοστρύχοις ἠ]ν[θ]ισμένος.
[οἴκτιρ’ ἀθρήσας· νηλέως] γὰρ ἐκ τύχας
[λυγρᾶς σφε πόντος κύμασιν] διώλεσεν.

Sub finem alterius aut ipsis initiis primi a. Chr. n. saeculi haec composita. Nam antiquiora haberi prohibet totum scripturae genus, recentiora quominus existimentur, praecipue littera Ζ obstare videtur (v. adn. ad n. 692). Restituere conatus sum ita, ut duorum naufragorum, patris et filii, sepulcro imaginem utriusque anaglypham impositam sumerem. Qua de re dubitari posse me non fugit. Vs. 2 Nausithoi oppidum dicitur Corcyra, quia is (Hom. ζ, 7. η, 56. 62. 63. θ, 565) primus Phaeacas Scheriam, quae recentioribus Corcyra est, deduxisse perhibetur. Alibi Alcinoi illius filii multo notioris nomen ita usurpatur (cf. n. 873, 7). Quod vs. 5 filium naufragum remum gerere sumpsi, id ad testimonia poëtarum redit, quibus discimus non modo remos nautarum et naufragorum tumulis impositos (Hom. λ, 77), sed etiam in cippis sepulcralibus eorum pictura vel anaglypho expressos esse (Anthol. Palat. VII, 279, 1. 2). Ceterum ne hoc quidem supplementum certum esse intellego.

---

877 Tabula marmoris albi, fracta a dextra et ab angulo sinistro inferiore, a. 0,37, l. 0,44, c. 0,04. Litterae inter lineas insculptae. Ex tribus fragmentis, quae separatim Corcyrae in museo asservantur, composuit A. Wilhelm et exscripsit.

Β Α Ι Ο Ν Ο Ρ Η Σ Ω Ξ Ε Ι Ν Ε Τ Ο Δ Η Ρ Ι Ο Ν Α
Τ Ω Ι Κ Α Τ Α Γ Η Σ Χ Α Ι Ρ Ε Ι Ν Ν Ι Κ Ο Μ Α Χ
Ρ Η Ν Ε Ι Η Ι Σ Υ Δ Ε Κ Υ Δ Ο Σ Ε Ν Α Λ Λ Ω
Σ Τ Ο Ν Δ Ο Ρ Ι Κ Α Ι Β Ο Υ Λ Α Ι Π Ρ Ο Φ Ρ Ο Ν
Κ Ε Υ Θ Ο Υ Σ Η Σ Α Λ Ο Χ Ο Υ Ν Ε Ι Κ Η Σ Μ Ε
Ζ Ω Σ Ι Μ Η Η Σ Ο Ν Ο Μ Η Ν Α Σ Ε Τ Ρ Υ Γ .
Τ Α Ν Μ . Ν Ε Τ Ε Κ Τ Ο Κ Ε Τ Ο Ι Ο Κ Α Κ Α Σ
Τ Α Ν Ε Ν Ο Σ Ω Ι Σ Τ Υ Γ Ε Ρ Α Ι Χ Ρ
Κ Α . . Ι Β Ο Υ Λ Α Ι Σ Ι Ν Ι Σ Ο Φ Ρ Ο Ν
Λ Ε Α Ν Ε Ι Δ Ο Μ Ε Ν Α
Ι Ο Ι Σ Ι Μ Ε Τ Α Ρ Σ Ι
Υ Σ Ε Β Ε Ω Ν


Litterarum formas similes ac n. 692 (Ε Ι Ν Μ Υ) esse notavit Wilhelm. Vs. 5 primo ΝΕΙΚΗΣ fuisse, deinde Νίκης emendatum esse testatur idem.

Βαιὸν ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τόδ’ ἠρίον, ἀ[λλὰ μάλ’ εἰπὼν]
τῷ κατὰ γῆς χαίρειν Νικομάχ[ῳ πάριθι]·
Ῥηνείη⟨ι⟩, σὺ δὲ κῦδος ἐν ἄλλω[ι ζήτεε, γαία]ς
τον δορὶ καὶ βουλᾷ πρόφρον[ι κλεινότατον]
κευθούσης ἀλόχου Νίκης μέ[τα σύν τε θυγατρί],
Ζωσίμη ἧς ὄνομ’ ἦν· ἃς ἐτρύγ[ησ’ Ἀΐδας],
τὰν μὲν ἔτ’ ἐκ τοκετοῖο κακὰς [ὠδῖνας ἔχουσαν]
τὰν [δ]ὲ νόσῳ στυγερᾷ χρ[ιμψαμέναν πρὸ μόρου].
κα[ὶ πάτραν] βουλαῖσιν ἰσόφρον[ος εὐθυντῆρος]
[Ῥηνείην με]λέαν εἴδομεν α[ὐξομέναν].
[ψυχὰ δ’ αἰθερ]ίοισι μετάρσι[ος ἀΐξασα]
[πτήμασιν εἰς οἴκους ε]ὐσεβέων [ἀνέβα].

Initium primi a. Chr. n. saeculi sapit cum litteratura tum mira dialecti inconstantia, in qua non modo Dorica (ὁρῇς vs. 1, βουλᾷ vs. 4, τάν vs. 7. 8) cum eis, quae Ionum et Atticorum dialecto communia sunt (γῆς vs. 2, κευθούσης, Νίκης vs. 5, Ζωσίμη, ἧς vs. 6), alternant, sed ne ibi quidem, ubi Ionicus sermo ab Attico discrepat, alteruter constanter servatur (Ῥηνείη vs. 3 — στυγερᾷ vs. 8, [με]λέαν vs. 10), quod etsi in epitaphio in insula Dorica Corcyra homini Ioni insulano a suis, ut videtur, civibus posito minorem offensionem habet, antiquiori aetate certe non convenit. Iota mutum nusquam quidem omissum — qua de causa utique ad imperatorum tempora non descendendum est — sed semel tamen (Ῥηνείη vs. 3) perperam additum est. Quod quoniam hae rationes ad Mithridatica potissimum tempora nos deducunt, sumpsi vs. 9. 10 de patria Nicomachi Rhenaea, quam illius belli procellis misere iactatam esse probabile est, ipsius regimine et consilio in meliorem statum redacta dici, praesertim cum illum de republica administranda bene meruisse etiam versus quartus indicio sit. Scrupulum tamen movet, quod illud distichon ab argumentis eorum, quae proxime antecedunt et sequuntur, nimis abhorret.

Supplementa mea sunt. Vs. 6 rex inferorum cum messore aut vinitore comparatur. Vs. 8 verbum χρίμπτεσθαι imaginem navis, quae scopulo illisa aut in vado haerens perit, continere videtur (Hom. hymn. Apoll. 439: ἡ δ’ ἀμάθοισιν ἐχρίμψατο ποντοπόρος νηῦς). Paullo aliter Anth. Pal. VII, 23, 6: εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα. Aliud verbum a χρ incipiens praesto non erat praeter χρ[ησαμένη], quod sermoni poëtico minus accommodatum videbatur. Ceterum cum in universum quidem versus accurate divisi sint, vs. 3 littera finalis hexametri adhaesisse videtur pentametri initio, nisi malis Σ mero errore additum statuere. Nam utique στον Graecum non est.

878. 879 Tabula marmoris albi, a. 0,25, l. 0,40, c. 0,10; dextra potissimum pars admodum detrita, ut difficillime legatur. Corcyrae in museo. Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.



878 [Ξε]ῖνε, τίς εἶ; Ζήνων. πατρὸς τίνος; Ἡλιοδώ[ρ]ο[υ].
εἶ σύ γ' ὃν ἠϊθέων Δῆλος ἔφερβε θάλος;
κεῖνος, ἐφ' ᾧ καὶ πέτρος ἀλιξάντῳ παρὰ τύμβῳ
δακρύει γοεροῦ θρῆνον ἱεὶς στόματος.
[δμ]η[θ]εὶς γὰρ νούσῳ τὸν ἀλάμπετον ἦλθον ὑφ' ᾅδην
διττὰς ἓξ ἐτέων πλησάμενος δεκάδας.
δύστηνοι γενέται, Ζήνων, σέθεν, οἷτι λέλοιπας
ἄλγεα καὶ κωφοῦ ψυχρὸν ἄγαλμα τάφου.

---

879 Οὔνομά μοι Ζήνων· μέλλεις, ξένε, τοῦτο γὰρ ἁμὲ
πεύθεσθαι· νούσῳ δ' εἰς ἀΐδαν κατέβαν.
ἓν μόνον εἰκοστῷ προσιδὼν ἐνιαυτ[ῷ ‿ – ⏑̱]
ἴδρις Ἀθηναίης εὐπαλάμου γ[ραφί]δος,
οὐ γενύων κεράσας ἱερὸν [θάλος], οὐχ ὑμεναίο[ις]
δεξάμενος λωτῶν οὔασι[ν ἁρμον]ίην.
πατρὶς δὲ πτολέμοις ἐγ Κα[ππαδοκῶν κλινθεῖτα]
ἇ, στοργῆς λίπ' ‿ – – ‿ ‿ – ‿ μ[έρ]ος.

Multis indiciis hunc lapidem a n. 877 non magno temporis spatio distineri cognoscitur, quare quum n. 878, 2 Delium origine significet defunctum, non dubitavi n. 879, 7 temporum Mithridaticorum mentionem reponere, eo confidentius, quia certe sententiam in universum bellicam patriae laudem praedicantem hic non fuisse persuasum habeo; ea enim in Deliorum res et mores minime quadraret. Qui tum insulam tenebant (ab a. 167 a. Chr.) sane cleruchi Athenienses erant. Sed cum hi ab eis qui urbem incolebant Atheniensibus, Mithridatis asseclis, vi et armis petiti fortiter contra illos pugnassent, tum vero ab exercitu Pontico victi et crudeliter exterminati essent (Th. Reinach Mithridates Eupator p. 137 ed. Germ.), consentaneum est Atheniensis Deli habitantis filium in ipsa insula natum post funestum civium fatum Delum quam Athenas patriam suam appellare maluisse. Ceterum utrum Heliodorus cum uxore et Zenone filio ex illa Deliorum caede feliciter elapsus sit, an iam antea patriam reliquerit, latet. Utique Corcyrae habitasse videntur, quo tempore filius mortuus est; quam ad rem etiam vestigia Dorici sermonis sane in altero modo epigrammate obvia redire videntur (vs. 1 ἁμέ, vs. 2 εἰς ἀΐδαν κατέβαν).

Versuum n. 878, 1. 5. 879, 4 supplementa Wilhelmi sunt, n. 879, 5. 6. 7 mea. N. 878, 2 interrogatio est, respondet mortuus 'κεῖνος', et pergit de tumulo verba facere. Vs. 3 ἀλίξαντος cf. Anth. Pal. VII, 404, 4: ἀλίξαντον τὸν μόρον εἰνάλιον, qui tamen usus origini vocis minus accommodatus est quam hic. Vs. 6 tmesis satis dura pro διττὰς ἐκπλησάμενος ἐτέων δεκάδας. Ab n. 879, 1 alterum epigramma incipere apparet. Nam qui mortuus coniecturam facere potest, viatorem aliquid ex se quaesiturum esse, quod ille iamdudum (n. 878, 1) quaesiverat? Vs. 3 fin. emendatio necessaria est, quoniam εἰκοστῷ non potest alio atque ad anni notionem referri. Vs. 5 cf. Anthol. Palat. VII, 334, 11. 12:

ἀλλά μοι οὐ γενύων ἐπεδέξατο κούριμον ἄνθος
ἡλικίης ἐρατῆς, οὐ γάμον, οὐ δαΐδας.

Apparet vero hunc poëtam κεράσας pro κείρας scripsisse sermonis ignorantia. Cum vs. 6 conferri potest Anthol. Palat. VII, 186, 1. 2:

ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει
λωτός, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις.

Versum octavum non expedio.

---

880 Lapis valde oblitteratus, inventus inter rudera antiquae Corcyraeorum urbis, translatus in museum Prossalendi. Edd. Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 115 sqq.; Dodwell Itin. T. II p. 506; Schinas in Ἑρμῇ λογίῳ 1812 p. 46 (Welcker Spicil. epigr. II p. 15 n. 33; Sylloge epigr. ed. alt. p. 36 sqq.; Graefe Act. Petrop. vol. VIII p. 630 sqq.; Osann Auct. Lex. Graec. p. 66; Boeckh C. I. G. 1907; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 294 n. CVI; G. Kaibel Epigr. Graec. 185; E. Cougny Anth. Pal. III p. 125 n. 229. Cf. quae adnotaverunt K. Keil *Mélanges Gréco-Romaines* II p. 44 sqq. et F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 302 ad n. 3219).

Ο Δ Ι Τ Α Β Α Ι Ο Ν Σ Α Μ Α Τ Ι Σ Τ Α Θ Ε Ι Σ Π Α Ρ Α
Μ Α Θ Ο Ι Σ Κ Ε Ν Α Τ Ρ Ε Κ Ε Ι Α Ν Ι Σ Θ Ι Δ Ω Σ Π Α Τ Ρ Ο Σ
Α Θ Η Ν Ι Ω Ν Ο Σ Ο Υ Ν Τ Α Φ Η Σ Ι Κ Λ Η Ζ Ε Τ Α Ι
Κ Α Ι Μ Ν Α Σ Ε Α Ν Α Υ Δ Α Σ Ο Ν Ο Υ Ν Ο Μ Α Φ Θ Ι Τ Ο Υ
Κ Α Ι Γ Ν Ω Θ Ι Μ Υ Θ Ο Υ Σ Ο Ι Σ Σ Ο Φ Ω Σ Ε Τ Ε Ρ Π Ε Τ Ο
Α Ι Μ Ε Ν Τ Α Κ Ο Σ Μ Ο Υ Σ Ε Μ Ν Α Κ Α Ι Δ Ι Α Σ Τ Ε Ρ Ω Ν
Δ Ι . . . . Ε Τ Α Ν Π Υ Ρ Ω Π Ο Ν Α Ι Θ Ε Ρ Ο Δ Ρ Ο Μ Ω
. . . . Κ Α Ι Γ Ε Ω Μ Ο Ρ Ο Ν Τ Ε Χ Ν Α Ν
Γ Ρ Α Μ Μ Α Ι Σ Ι Ν Ι Χ Ν Ε Υ Τ Ε Ι Ρ Α Ν Ε Υ Α Δ Ε Ι Ν Δ Ε Ο Ι
Κ Α Τ Ε Ι Δ Ο Μ Η Ρ Ο Υ Δ Ε Λ Τ Ο Ν Α Σ Ε Ν Ι Π Τ Υ Χ Α Ι Σ
Ο Π Ι Π Λ Α Ν Α Τ Α Σ Ε Σ Τ Ι Λ Α Ρ Τ Ι Ο Υ Γ Ο Ν Ο Σ
Κ Α Ι Μ Η Ν Ι Σ Α Κ Α Ρ Ν Ι Α Τ Ω Ν Ε Π Α Τ Ρ Ε Κ Ε Σ
Δ Α Θ Ε Ξ Α Π Α Ν Τ Ω Ν Ε Σ Θ Λ Ο Ν Α Ρ Α Τ Ο Κ Λ Ε Ο Σ
Ν Ε . Ν Δ Ε Ν Α Κ Μ Α Ι Κ Ο Υ Ρ Ο Ν Ω Ι Π Ο Ρ Ε Ν Τ Ε Χ Ν Α Ν
Ο Ν Υ Ν Ε Υ Ν Τ Ρ Ω Κ Ο Ν Τ Α Δ Η
Υ Π Α Λ Ι Ω Ι Π Λ Ε Ι Ω Ν Α Σ Ε Ι Σ Ι Δ Ω Ν Φ Α Ο Σ
Π Ο Θ Ε Ι Ν Ο Σ Α Σ Τ Ο Ι Σ Τ Α Ν Δ Υ Π Η Λ Υ Θ Ε Χ Θ Ο Ν Α

Var. lect. Vs. 1 ΒΑΙΟΣ Schinas, ΒΑΙΟΝ Mustoxydis Dodwell vs. 4 ΑΦΘΙΤΟΝ Schin., ΑΦΘΙΤΟΥ Must. Dodw. vs. 6 init. ΔΕΙΜΕΝ Schin., sed ΑΙ scriptum esse definite testatur Mustoxydis || vs. 6 sub finem ΔΙ Dodw., ΔΗ Must., Δ Schin. || vs. 7 init. Δ . . . . Ε Must. || vs. 7 med. ΑΥ ΓΩΠΟΝ Schin. || vs. 8 ΤΕΩΜΟΡΟΝ Dodw., ΓΕΩΜΟΡΟΝ Must. Schin. || vs. 9 fin. ΕΥΑΔΕΙΔΟΙ Dodw., ΕΥΑΔΕΙΝΔΕΟΙ Must., ΕΥΑ ΔΕΙΝΔΟΙ Schin. || vs. 11 init. ΟΠ . Π Must. || vs. 11 med. ΠΛΑΝΗΤΑΣ ΕΠΙ Schin., ΠΛΑΝΑΤΑΣΕΣΤΙ reliqui || vs. 13 ΔΑΘΕΤΑ Schin., ΔΑ . ΕΞΑ Must., ΔΑΘΕΞΑ Dodw. || vs. 14 init. ΝΕΝΑΕΝ Dodw. Schin., ΝΕ . ΝΔΕΝ Must. || vs. 14 med. ΑΚΜΕ Dodw., ΑΚΜΑΙ Schin. Must. vs. 14 sub fin. ΩΠΟΡΕΝ Schin. vs. 15 init. ΟΝΗΝΕΥΝ Dodw. Schin., ΟΝΥΝΕΝ Must. || vs. 16 init. ΥΠΑΛΙΩΠΛ sine iota Dodw. Must. || vs. 16 sub fin. ΕΙΔΩΝ Dodw., ΕΙΣΙΔΩΝ Must. Schin. || vs. 17 med. ΑΣ ΤΟΙΣ Schin. Must., ΔΕΤΟΙΣ Dodw. Tot vitia manifestissima apographis communia sunt, ut appareat non pro se quemque illos tresviros ex lapide titulum exscripsisse, sed alterum alterius exemplo usum esse. Litterarum figurae in nullo ex eis satis diligenter enotatae videntur, nam pro Ε et Σ ϵ et Ϲ C fuisse nonnullis erroribus transscribentium probabile fit (vs. 13 ΔΑΘΕΞ e ΔΑϵΙΣ vel ΔΑϵΙϹ, vs. 15 ΟΝΥΝΕΥΝ pro CYNEYN, vs. 11 ΕΠΙ pro ϵϹΤΙ, vs. 16 ΕΙΔΩΝ pro ΕΙϹΙΔΩΝ).

Ὀδῖτα, βαιὸν σάματι σταθεὶς πάρα
μάθοις κεν ἀτρέκειαν. ἴσθι δ' ὡς πατρὸς
Ἀθηνίωνος οὖν ταφῇσι κλῄζεται
καὶ Μνασέαν αὔδασον οὔνομ' ἄφθιτο[ν],
καὶ γνῶθι μύθους οἷς σοφῶς ἐτέρπετο
ἃ μὲν τὰ κόσμου σεμνὰ καὶ δι' ἀστέρων
δι[ῆλθ]ε τὰν πυρωπὸν αἰθεροδρόμω[ν]
[κέλευθον, ἃ δὲ] καὶ γεωμόρον τέχναν
γραμμαῖσιν ἰχνεύτειραν· εὖ [δ' ἀ]είν[α]ο[ν]
κατεῖδ' Ὁμήρου δέλτον, ἇς ἐνὶ πτυχαῖς
ὁ [τρ]ιπλανάτας ἐστὶ Λαρτίου γόνος
καὶ μῆνις ἁ [β]αρ[ε]ῖα· τῶν ἐπ' ἀτρεκὲς
δα[εὶς] ἁπάντων ἐσθλὸν ἄρατο κλέος·
νέ[ο]ν δ' ἐν ἀκμᾷ κοῦρον, ᾧ πόρεν τέχναν
[σ]υνευν[έτιν τ' ἔλειψε. τε]τρώκοντα δὴ
ὑπ' ἀλίῳ πλεῦνας εἰσιδὼν φάος
ποθεινὸς ἀστοῖς τάνδ' ὑπήλυθε χθόνα.

Litterarum forma ϵ C Ϲ, quae in apographis quidem, quibus utimur, non sunt, sed in lapide fuisse videntur (v. var. lect. sub fin.) hoc epigramma imperatorum Romanorum aetati vindicant, ut Kaibelius, qui primo vel ante vel post Chr. n. saeculo exaratum dicit, certe non recentius sed fortasse etiam paullo antiquius existimasse videatur, quam re vera est. Certatim emendaverunt et suppleverunt homines docti: Vs. 7 διῆλθε Boeckhio debetur, item vs. 8 κέλευθον, ἃ δέ; vs. 9 fin. εὖ [δ' ἀ]είν[α]ο[ν] Blass felicissima coniectura, vs. 11 init. [τρ]ιπλανάτας Kaibel palmari emendatione, vs. 12 βαρεῖα Meineke, vs. 13 δα[εὶς] idem. Vs. 15 ὁμευνέτιν τ' ἔλειψε Welcker probante Kaibelio, quos secutus sum, nisi quod aliud compositum praetuli, quod a ductibus litterarum traditis etiam propius abest. Ceterum hunc Mnaseam Welckerus eundem esse admodum probabiliter coniecit, qui commemoretur apud Manethona Apot. V, 266:

ἀστρολόγον πινυτὸν καὶ ῥήτορα καὶ φιλόμουσον
ῥυθμοῖς καὶ μέτρων ποιήμασιν εὔστοχον ἄνδρα.

---

881 Lamina ahenea, quae basi statuae affixa erat, apud Victorium Gangadi, reperta Corcyrae. Edd. Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 107 (Welcker Syll. Epigr. ed. alt. p. 35); accuratius etiam ex schedis Koehlerianis Boeckh C. I. G. 1897 (God. Hermann Opusc. V p. 174, cf. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 986); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 298 n. CVII (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 577; G. Kaibel Epigr. Graec. 884; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 143 n. 324). Cf. quae adnotavit G. Kaibel Hermae XV p. 464.

Ι C Ο Ν Τ Ο Ι Τ Ο Κ ϵ ϵ C C Ι Θ Ρ Α C Ω Ν Γ ϵ Ρ Α C Ω Π Α C ϵ Τ Ι Μ Α Ι
Θ ϵ Υ Γ ϵ Ν Η Α Ν Τ Α Γ Α Θ Α C Τ Ο Υ Τ Ο Δ Ι Δ Α C Κ Α Λ Ι Α C
ϵ C Θ Λ Α Δ Α ϵ Ι C Π Α Ι Ω Ν Ο C Α Λ ϵ Ξ Η Τ Η Ρ Ι Α Ν Ο Υ C Ω Ν
Ο Ι C Π Ο Λ Λ Ο Υ C Θ Α Ν Α Τ Ο Υ Ρ Υ C Α Τ Ο Κ Α Ι Κ Α Μ Α Τ Ω Ν
[Α] Λ Λ Α Τ Ι C Α Ι Ν ϵ Ι Τ Ω Τ Ο Ν Α ϵ Ι Χ Ρ Ο Ν Ο Ν Α Ν ϵ Ρ Α Τ Ο Υ Τ Ο Ν
[Ο C] Κ ϵ Φ Ι Λ Ο Υ Λ Α Θ Α Ν Μ Η Δ ϵ Θ Α Ν Ο Ν Τ Ο C ϵ [Τ Λ Α]

Vs. 5. 6 quas uncis inclusi litteras, Mustoxydis in altero exemplo non habet. In fine versus postremi ϵΤΛΑ schedae Koehlerianae, ϵΧΟΙ Mustoxydis in antiquiore apographo, quae utraque est manifesta coniectura.

Ἶσόν τοι τοκέεσσι Θράσων γέρας ὤπασε τιμ[ῶν]
Θευγένη ἀντ' ἀγαθᾶς τοῦτο διδασκαλίας,
ἐσθλὰ δαεὶς Παιῶνος ἀλεξητήρια νούσων,
οἷς πολλοὺς θανάτου ῥύσατο καὶ καμάτων.

ἀλλά τις αἰνείτω τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνέρα τοῦτον,
[ὅς τ]ε φίλου λάθαν μηδὲ θανόντος ἔ[τλα].

Saeculo altero (p. Chr. n.) non recentiorem recte existimat Kaibel. Idem in Herma finem primi versus perbene sanavit; nam participium *τιμῶν* omnibus priorum conatibus (*τιμᾷ* Welcker Syll. 31, *τιμᾶς* G. Hermann Opusc. V p. 174, *τήνας* Kaibel in Epigr. Graec.) propterea praeferendum est, quia sic demum accusativus *Θευγένη* vs. 2 explicatur neque opus est hunc aut dativum aut vocativum haberi. Vs. 6 Kaibel in Herma probavit Hermanni emendationem *ὅς τε*, cum in Epigr. Graec. *ὅς κε* cum indicativo tolerari posse existimasset provocans ad sylloges suae n. 333, 2 [*σώφρ*]*ων ὅς κεν ἔην ἢ πινυτὸς πραπίδας*, et n. 387, 8, ubi *ὅταν* cum indicativo legitur. Sed ipsum *ὅς κε* ab huius loci sententia alienum.

---

882. 883 Tabula marmorea, a. 1,23, l. 0,63, supra mutila, a reliquis partibus margine prominente ornata, quo circumdatur planicies a. 0,94, l. 0,49, in qua titulus incisus est, sed ita ut hic illic initia et fines versuum in marginem transeant. Recentiore aetate litterae rubro colore repletae, sed haud paucis locis non sollerter neque recte, ut ex uno ectypo, in quo tamen litterae minus bene servatae non compareant, vera scriptura cognosci possit. Corcyrae quondam in collectione Prossalendi, nunc in museo publico. Ex P. Forchhammeri et G. Krameri apographis ed. Boeckh C. I. G. vol. II Add. p. 986 n. 1907 *bb* (G. Kaibel Epigr. Graec. 261; E. Cougny Anthol. Palat. III p. 144 n. 332. 333. Partem modo repetivit S. Reinach *Traité d'épigraphie Grecque* p. 169 n. 3). Cf. quae adnotavit O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 44. Ectypum et apographum ex ectypo confectum transmisit A. Wilhelm.

(882)
ΙΜΟΝΕΣΑΘΛΝ.Ι.ΙΠΟΛΛΟΙΚΑΤΟΛΥΜΙΟΝΕΔΡΗΝ
ΑΛΛΑΘΕΟΣΤΟΥΤΩΝΕΣΤΙΠΑΤΗΡΟΜΕΓΑΣ
ΟΣΚΟΣΜΟΝΔΙΕΤΑΞΕΣΕΛΗΝΗΝΝΥΚΤΙΚΕΛΕΥΣΑΣ
ΠΕΙΘΕΣΘΑΙΤΕΙΤΑΝΑΗΜΕΡΙΝΑΙΣΧΑΡΙΣΙ
ΩΠΙΣΘΕΙΣΑΔΕΜΑΣΜΕΝΕΠΙΧΘΟΝΟΣΗΣΑΠΕΤΕΧΘΗΝ
ΛΕΙΠΩΤΗΝΨΥΧΗΝΔΑΘΑΝΑΤΗΝΕΛΑΧΟΝ
ΕΝΓΑΙΗΜΕΝΣΩΜΑΤΟΣΥΝΓΕΝΕΣΟΥΡΑΝΙΟ[ΣΔΕ]
ΗΛΥΘΕΝΗΨΥΧΗΔΩΜΑΚΑΤΟΥΦΘΙΜΕΝΟΝ
ΚΕΙΤΑΙΜΕΝΓΑΙΗΦΘΙΜΕΝΟΝΔΕΜΑΣΗΔΕΔΟΘ[ΕΙΣΑ]
Ψ[ΥΧΗ]ΜΟΙΝΑΙΕΙΔΩΜΑΤΕΠΟΥΡΑΝΙΑ
ΑΘΑΝΑΤΟΣΨ[ΥΧΗΤ]ΑΜΕΝΟΙΛΤΑΤΩ[Ν]ΕΝΟΛ[Υ]Μ[Ω]
ΝΑΙΩΣΩΜΑΔΕΜΟΝΓΑΙΑΦΕΡΕΙΦΘΙΜΕΝΟ[Ν]
Ε[ΝΜ]Ε[Ν]ΥΠΑΝΚΑΛΙΣΙΝ]ΦΕΡΟΜΑΙΤΕΚΝΟΝΕΝΔΕΧ
[ΕΥ]ΟΔ[ΩΟΣΠΟΣΙ]Σ[Η]ΝΟΠΠΟΤΝΑΙ ΔΟΜΟΥΣ
ΤΕΣΣΑΡΑ[Κ]Ο[ΝΤΑΕ]ΤΗΣΔΕΠΡΟΣΟΥΡΑΝΟΝΑΣΤΕΡΟΕΝΤΑ
ΗΛΥΘΟΝΕΝΓΑΙΗΣΩ[Μ]ΕΜΟΝΕΝΘΕΜΕΝΗ

(883)
ΤΟΥΤΕΥΟΔΟ[Β]ΡΟΤΟΙΣΠΑΣΙΠΑΡΑΙΝΩ
ΤΗΨΥΧΗ[Μ]ΕΤΑΔΟΣΚΑΛΩΝΤΕΧΘΕΙΣ
ΚΑΙΤΟΝΒΙΟΝΤΡΥΦΗΠΑΡΗΓΟΡΗΤΟΝ
Ε[Ι]ΔΩΣΗΝΚΑΤΑ[ΒΗ]ΙΣΕΣΠΩΜΑΛΗΘΗΣ
ΟΥ[ΔΕ]ΝΤΩΝ[ΕΠΑΝΩΚ]ΑΤΩΤΟΤΟΨΕΙ
ΨΥ[Χ]ΗΣΕΚΜ[ΕΛ]ΕΩΝΑΠΟΠΤΑΘΕΙΣΗΣ

Var. lect. Per totum titulum quae nunc plane evanuerunt litterae aut tam exigua vestigia reliquerunt, ut nulla inde de litterae figura coniectura fieri posset, intra uncos ex Boeckhii exemplo addidi. Quod contra litteras ex parte evanidas, quae tamen adhuc agnoscuntur, tales exhibeo, quales nunc sunt, ac semel moneo, has omnes a Boeckhio integras repraesentari. Praeterea haec notanda sunt: N. 882 vs. 4 ΤΕΙΤΑΝΗΜΕ Boeckh, ΤΕΙΤΑΝΛΗΜΕ ectypum et apographum Wilhelmi. || Vs. 8 fin. ΜΕΝΟΝ Boeckh, ΜΕΝΩΝ Wilhelm. In ectypo utrum lineola recta fortuita laesio an pars litterae sit, non satis perspicio. || Vs. 11 med. ΤΑΜΕΝΟΙΚΙΑ Boeckh, ΙΑΜΕΝΟΙΛΤΑ Wilhelm. In ectypo nihil certi legere possum. || Vs. 13 exitum exhibeo, qualis nunc apparet; Boeckhius habet ΤΕΚΝΟΕΝΔΕΧΕ[ΣΘΑΙ], monens ultimas litteras coniecturae deberi, sed esse in schedis. || N. 883 vs. 2 med. ΜΕΓΑΛΩΣΚΑΛΟΝ Boeckh; deinde ΤΕΧΘΕΙΣ Boeckh, ΤΕΧΘΕΙΣ Wilhelm. || Vs. 5 fin. ΠΟΥΟΨΕΙ Boeckh, ΤΟΤΟΨΕΙ Wilhelm. Praeterea nonnullis locis ligatas litteras ex Wilhelmi apographo recepi, ubi Boeckhius separatas habet; item quae manifesta Boeckhiani exempli vitia ectypo et exemplo novo sublata sunt, ea commemoranda non existimavi.

882 [Δ]αίμονες ἀθάνατοι πολλοὶ κατ' Ὀλύμπιον ἕδρην,
ἀλλὰ θεὸς τούτων ἐστὶ πατὴρ ὁ μέγας,
ὃς κόσμον διέταξε, Σελήνην νυκτὶ κελεύσας
πείθεσθαι, Τειτᾶνα ἡμεριναῖς χάρισι.
ᾧ π(ε)ισθεῖσα δέμας μὲν ἐπὶ χθονός, ἧς ἀπετέχθην,
λείπω, τὴν ψυχὴν δ' ἀθανάτην ἔλαχον.

Ἐν γαίῃ μὲν σῶμα τὸ συνγενές, οὐράνιος δὲ
ἤλυθεν ἡ ψυχὴ δῶμα κατ' οὐ φθίμενον.

Κεῖται μὲν γαίῃ φθίμενον δέμας, ἡ δὲ δοθεῖσα
ψυχή μοι ναίει δώματ' ἐπουράνια.

Ἀθάνατος ψυχὴ τὰ μὲν οἰκία τῶν ἐν Ὀλύμπῳ
ναίω, σῶμα δ' ἐμὸν γαῖα φέρει φθίμενον.

Ἓν μὲν ὑπ' ἀνκαλίσιν φέρομαι τέκνον ἐνδεχ[έτηρον]
Εὐόδῳ ὃς πόσις ἦν ὁππότ' ἔναιε δόμους·
τεσσαρακονταετὴς δὲ πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
ἤλυθον, ἐν γαίῃ σῶμ' ἐμὸν ἐνθεμένη.

883 Τοῦτ' Εὔοδος βροτοῖσι πᾶσι παραινῶ·
τῇ ψυχῇ μετάδος καλ[ῶ]ν· [τί] ἔχθεις;
καὶ τὸν βίον τρυφῇ παρηγόρηστον
εἰδώς, ἣν καταβῇς ἐς πῶμα Λήθης
οὐδὲν τῶν ἐπάνω κάτω ποτ' ὄψει
ψυχῆς ἐκ μελέων ἀποπταθείσης.

Altero p. Chr. n. saeculo ad finem vergente aut tertio ineunte haec incisa esse demonstrat insignis litterarum ligatarum frequentia. Quot epigrammata sint, ambigas. Mihi vero nullo modo omnia, quae metro elegiaco composita sunt, unum carmen efficere posse persuasum est. Nam n. 882 vs. 6 legitima est et usitatissima quidem carminis sepulcralis clausula, quam deinde sine ulla iunctura tria disticha excipiunt eandem sententiam variantia, quae res, nisi plura carmina distinguimus, molestissima est. Ne tamen in nimis exiguas partes titulus discerperetur, priorum editorum exemplum secutus omnia elegiaca uno numero (n. 882) comprehendi et quae metri discrimine ab eis separantur, n. 883 esse volui.

In supplendo Boeckhium Kaibeliumque secutus sum praeter n. 883, 2, ubi, cum τεχθείς sensu cassum esset, Boeckhius [ὁ] τεχθείς reposuit, quod iure ne ipsum quidem placuit Kaibelio. Hic potius τεχθεῖσ[α] fuisse vel δοθεῖσα vel τραφεῖσα opinatur. Emendatio mea inde proficiscitur, quod ΓΕΧΘΕΙΣ in lapide fuisse videtur. Sumo igitur in exemplari lapicidae tradito ΤΙΕΧΘΕΙΣ fuisse, sed eum, cum errore ΠΕΧΘΕΙΣ legisset, per ligaturam, quales in hoc titulo innumerae sunt, ΤΕ pro ΠΕ exarasse. Interrogatio 'Quid (bona et voluptates vitae) odisti' ab hoc loco non aliena videtur. De verbo cf. Euripidis Med. 117 τί τοῦσδ' ἔχθεις;

884 Corcyrae in basi statuae ornatissimae vidit Cyriacus Anconitanus p. XX n. 135 (inde L. Holstenius Nott. et castigatt. ad Steph. Byz. v. Σχερία p. 309); Muratori T. II p. MLXXIX, 2 (ex schedis suis et Barberiniis Cyriaci). Mire corruptum titulum ex schedis Apostoli Zeni exhibet Montfaucon Diar. Ital. p. 428 et hinc Muratori ibid. n. 3. Lapidem in museum Veronense intulit Maffeius et inscriptionem edidit Mus. Veron. p. LXV. Aeri incisum dedit Venturi *Guida al Mus. Veron.* T. I tab. 11 n. 27 ad p. 95 (Brunck Anal. T. III p. 303 n. 706; Iacobs Animadv. T. III P. II p. 280; Anthol. Palat. Append. n. 307; Mustoxydis Illustr. Corcyr. I p. 216 sqq.; Boeckh C. I. G. 1888; G. Kaibel Epigr. Graec. 186).

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ❦ ΕΤΩΝΚΓ
❦ ΗΡΩΣ ΧΑΙΡΕ
....ΠΥΝΘΑΝΕΑΙΤΙΣΕΦΥΝΞΕΝΕΤΙΣΔΕΕΓΕΝΗΘΗΝ
.ΠΑΡΟΔΕΙΤΑΜΑΘΕΣΤΑΣΟΛΙΓΟΝΠΡΟΤΑΦΩ[Ν]
[Γ]ΕΝΝΑΜΕΝΓΛΑΥΚΟΣΜΕΠΑΤΗΡΤΙΚΤΕΙΔΕΜΕΜΗΤΗ[Ρ]
ΧΡΥΣΟΓΟΝΗΚΑΙΜΕΥΔΥΣΜΟΡΟΣΟΥΚΟΝΑΤΟ
ΤΗΛΟΘΙΓΑΡΠΑΤΡΗΣΒΕΙΘΥΝΙΔΟΣΩΛΕΣΑΘΥΜΟΝ
ΝΑΥΤΙΛΙΗΛΥΓΡΗΝΗΙΤΕΜΗΠΙΣΥΝΟΣ
[Κ]ΕΙΜΑΙΔΕΝΣΧΕΡΙΗΠΑΡΑΘΕΙΝΑΛΟΣΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ
ΥΣΤΑΤΑΛΥΓΡΟΝΕΜΟΙΔΕΡΚΟΜΕΝΟΣΠΕΛΑΓΟΣ

Venturii exemplum repetimus, intra uncos additis nonnullis litteris, quas ille non iam repperit, ex antiquioribus editoribus, quorum errores enotare non opus est.

Βασιλείδης ἐτῶν κγ' | ἥρως χαῖρε.
[Εἰ, φίλε], πυνθάνεαι, τίς ἔφυν, ξένε, τίς δ' ἐγενήθην,
[ὦ] παροδεῖτα, μάθε στὰς ὀλίγον πρὸ τάφων.
γεννᾷ μὲν Γλαῦκός με πατήρ, τίκτει δέ με μήτηρ
Χρυσογόνη, καί μευ δύσμορος οὐκ ὄνατο·
τηλόθι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλεσα θυμὸν
ναυτιλίῃ λυγρῇ νηΐ τ' ἐμῇ πίσυνος·
κεῖμαι δ' ἐν Σχερίῃ παρὰ θεῖν' ἁλὸς ἠνεμόεσσαν
ὕστατα λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος πέλαγος.

Alterius p. Chr. n. saeculi esse videtur. In primo epigrammatis versu (3) Kaibelii supplementum recepi; [εἰ μέν] Dorvillius, [εἰ τάχα] Iacobsius, [εἴπερ] Boeckh.

885 Fragmentum inventum Corcyrae ad ecclesiam antiquam Sanctorum Sosipatri et Iasonis. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 304 n. CX (inde C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 551 n. 29; G. Kaibel Epigr. Graec. 262).

ΝϹΤΑΔΙΟΙϹΠΑΛΑΙϹΑϹ
ΟΙΚΟΝΑΡΙϹΤΟΝ
ΕΙΤΑΙΜΑΚΕΔΩΝΜΕΤΑΘΥΡϹΟΥ
ΑΛΥΜΕΝΟϹΑΥΤΟϹΑΝΥΝΦΟϹ
\ΥΚΕΡΟϹΦΙΛΟϹΟΥΔΕΝΟϹΕΚΘΡΟϹ
ΚΑϹΦΑΟϹΜΕΓΑϹΗΡΩϹ
ΔΙΑϹΙΕΡΑϹΚΟΡΚΥΡΗϹ

[– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ ἐ]ν σταδίοισ(ι) παλαίσας
[εὐκλείσας ◡◡ – ◡◡ – ◡◡] οἶκον ἄριστον
[– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ κ]εῖται Μακεδὼν Με[γ]αθύρσου
[– ◡◡ – τύμβῳ κεκ]αλυμ[μ]ένος, αὐτὸς ἄνυνφος
[πᾶσι δ' ἑταίροισιν γ]λυκερὸς φίλος, οὐδενὸς ἐ[χ]θρός·
[κοινὸν δ' ἀστοῖσιν θῆ]κας φάος, (ὦ) μέγας ἥρως,
[σώσας σοῖς ὅπλοισιν ἕ]δ[ρ]ας ἱερὰς Κορκύρης.

Vs. 1—4 fere Kaibelii supplementa exprimo. Postremum vero distichon ille non plane expedivit, cum vs. 6 ΔΙΑϹ nec σταδίας fuisse neque πόλιας placere recte iudicaret. Contra ἕδραι, quod posui, in significando oppido frequens est apud poëtas (βοὰ κατεῖχε Περγάμων ἕδρας Eurip. Troad. 557). Quod vero hoc distichon ad oppidum ab hostium oppugnatione defensum rettuli, id imprimis locutione [θῆ]κας φάος permotus feci, quae ad servatam, non ad illustratam (victoria certaminis gymnici) patriam spectat. Proficiscitur igitur poëta a laude athletae (vs. 1. 2), pergit ad vitam privatam moresque omnibus acceptos (vs. 3—5), denique adiungit gloriam bellicam (vs. 6. 7). Fortasse in ipsa illa oppidi defensione occubuit Macedo. Vs. 6 ὦ ante μέγας ἥρως supplevit Kaibelius.

886 Fragmentum inventum Corcyrae. Edd. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 334 n. CXC (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 554 n. 54). Ex Wilamowitzii apographo G. Kaibel Epigr. Graec. 263.

. . . .
.....ΓΥΝΑΙΞΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣ
...ΙΣΤ.ΝΑΙΑΝΗΧΡΟΝΟΝ
...ΙΛΗΦΩΣΚΛΕΟΣ
...ΑΙΤϵΚΝΟΙϹΒΙΟΝ

Vs. 2 τεν Wilamowitzius. Vs. 3 init. ει]ληφως idem. Reliquis in rebus apographa consentiunt.

. . . .
[ἀστοῖς δ' ἀμύνων καὶ] γυναιξὶ καὶ τέκνοις
[δούλειον ἦμαρ, ε]ἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
[κάλλιστον ἐν θνητοῖσιν ε]ἴληφὼς κλέος,
[λείπει ποθεινὸς πατρίδι κ]αὶ τέκνοις βίον.

Omnia restituere conatus sum, sed singulas voces me praestare nolle non est, quod dicam. Kaibelius priores duos versus intactos reliquit, miratur autem vs. 1 pluralem γυναιξί, quia ad defuncti familiam haec referre videtur; sed ipse pluralis aliud monstrat. Vs. 3 ille nihil nisi λαμπρὸν εἰ]ληφὼς κλέος, vs. 4 aut [λιπὼν γυναικὶ τέκνα κ]αὶ τέκνοις βίον aut [πολλὸν λιπὼν γυναικὶ κ]αὶ τέκνοις βίον legere vult, sumens βίον hic victum significare. Sed in clausula epigrammatis sepulcralis nomen de vita intellegere longe praestat. Mea supplementa interpretatione non egent; unum monuerim, huic poëtae αἰανής, de cuius vi dissentiebant homines docti, manifesto aeternum significare. Wilamowitzius suspectum habuit epigramma, ut quidem videtur propter lapidis naturam; 'in lamina lapidis sectilis incisum' Kaibel. De hac re eius, qui lapidem non viderit, nullum est iudicium. Verba nihil suspicionis movent; si ea a falsario ex antiquo lapide in alium transscripta esse sumeremus, certe nihil statueremus, nisi quod Corcyrae frequenter factum esse constat (cf. appendicem titulorum spuriorum).

11. TITVLI SEPVLCRALES ALII.

887 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei a superiore parte simpliciter ornata, Corcyrae in museo. Ex Broendstedii schedis, qui Cephalleniae tribuit, ed. Boeckh C. I. G. 1930*c* I (inde O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 167 n. 1661*b*). Ex ipso lapide ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 311 n. CXX (huius exemplum minusculis litteris repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 582*a*; maiusculis litteris F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 517 n. 332); rursus ex lapide minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 44 n. 7 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219). Exscripsit A. Wilhelm.

Ε Ι Ρ Α Ν Α

Εἰράνα.

Litteratura quartum aut tertium a. Chr. n. saeculum prodit.

888 Stela simplex lapidis calcarii leucophaei, a. 0,39, l. 0,25, integra. Corcyrae in museo. Ex Broendstedii schedis, qui errore Cephalleniae tribuit, ed. Boeckh C. I. G. 1930*c* II (inde O. Hoffmann ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* II p. 167 n. 1661*c*). Ex ipso lapide Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 315 n. CXXXVI (minusculis litteris repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 582*b*; maiusculis litteris F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 518 n. 336. Cf. W. Vischer *Kleine Schriften* II p. 160 not. 2). Denuo e lapide O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 45 n. 13 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III n. 101 in adn. ad n. 3219). Exscripsit A. Wilhelm.

Κ Ο Σ Σ Υ Φ Α

De lectione ne Mustoxydis quidem a reliquis, qui lapidem viderunt, discrepat; Κοσούφα apud Wachsmuthium error typothetae est.

Κοσσύφα.

Tertio a. Chr. n. saeculo titulum recentiorem non esse ex litteratura merito collegit A. Wilhelm.

889 Cippus sepulcralis, Corcyrae. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 322 n. CLVII.

Σ Ω Κ Ρ Α Τ Η Σ

Σωκράτης.

890 Lapis epistylio ornatus, a. 1759 Corcyra in museum Nanianum translatus. Edd. post Passerium Diss. I p. 58 Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 91 (Mus. Nan. ant. coll. n. 93; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 182; Boeckh C. I. G. 1896); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 313 n. CXXVIII cum imagine xylographa (minusculis litteris F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219). Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (v. adn. ad n. 643) n. 124.

Ο Ε Ο Μ Η Δ Η Σ
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Λ Α Ι Δ Α

[Θ]εομήδης | Ἀριστολαΐδα.

891 Titulum ut Corcyraeum ed. Montfaucon Diar. Ital. p. 425 (Muratori T. III p. MCDLXXIX, 10; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 206; Boeckh C. I. G. 1911; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 320 n. CLII; minusculis litteris F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219).

Λ Υ Σ Ι Σ Τ Ρ Α Τ Ο Υ Π Ε Ι Θ Ε Ι Α Σ

Aliquid hic turbatum esse apparet. At utrum Blassius recte commutando nominum ordine (Πειθίας Λυσιστράτου) veram tituli formam restituere conatus sit, an Λυσίστρατο[ς], Πειθίας emendandum sit (cf. n. 936—940), vix diiudicari poterit.

892 Lapis sepulcralis fastigio ornatus, ex antiquo Corcyraeorum oppido a. 1758 in museum Nanianum delatus. Aeri incisum dedit Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 203 (Mus. Nan. ant. coll. n. 62; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 206; Boeckh C. I. G. 1917; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 324 n. CLXIII). Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (v. quae adnotavi ad n. 643) n. 16.

Φ Ο Ρ Μ Ι Ω Ν Α Ρ Τ Ε
Μ Ω Ν Ο Ϲ Μ Ε Γ Α Ρ Ε Υ Ϲ

Φορμίων Ἀρτέ|μωνος Μεγαρεύς.

Propter litteraturam titulus imperatorum Romanorum aetate non est antiquior habendus.

893 Epitaphium a. 1759 ex antiquo Corcyraeorum oppido in museum Nanianum translatum. Aeri incisum ed. Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 205 (Mus. Nan. ant. coll. n. 161; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 207; Boeckh C. I. G. 1910; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 319 n. CXLIX; F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219). Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (cf. quae adnotavi ad n. 643) n. 270.

Π Α Ν Κ Ι Ο Σ
Κ Ο Ρ Ι Ν Θ Ι Ο Υ

Πάνκιος | Κορινθίου.

Boeckhius Πάγκιος genetivum existimat, Κορινθίου ethnicum. Ac sane neque Πάγκις hypocoristicum a Παγκράτης vel Παγκλῆς derivatum quicquam reprehensionis habet, et genetivi usus in sepulcrali titulo latissime

per Graeciam propagatus (v. ad n. 466) etsi a Corcyraeorum quidem monumentis quantum scimus alienus est, tamen in hominis peregrini titulo offensione caret (v. ad n. 973). At alia quoque via patet, ut Πάνκιος nominativum, qui eadem ratione defenditur ac Πάγκις (cf. Νικίας, Νίκιος, Νῖκις), Κορινθίου vero patris nomen statuamus; ethnica semper et ubique a Graecis sic usurpata esse in vulgus notum est.

894 Corcyrae. Ex Apostoli Zeni schedis ed. Montfaucon Diar. Ital. p. 422 (Gori Mus. Flor. T. III p. 76; Muratori T. III p. MDCXXVII, 8; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. II p. 95; Boeckh C. I. G. 1885; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 270 n. CII).

Α Γ Ι Σ
Α Μ Υ Ρ Α Λ Ο Υ
Α Ν Δ Ρ Ε Ι Α

Ἆγις | Ἀμ[φι]άλου. | Ἀνδρεία.

Recte Boeckhius statuere videtur duorum hominum, viri Agidis et mulieris Andriae, hoc esse epitaphium. Nomen vs. 2 quod ille in dubium vocasse satis habuit, emendare conatus sum. Υ pro Φ non minus proclivi errore lectum est quam Ρ pro Ι.

895 Monumentum sepulcrale cum fastigio, infra quod titulus, Corcyra a. 1760 in museum Nanianum translatum. Ed. aeri incisum Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 204 (Mus. Nan. ant. coll. n. 90; Mustoxydis Illustr. Corcyr. T. I p. 206; Boeckh C. I. G. 1903; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 315 n. CXXXVII; minusculis litteris F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219).

Λ Α Μ Ι Α Σ Ο Φ Ι Ο Υ Σ Ο Φ Ι Ο Σ Σ Ο Φ Ο Κ Λ Ε Υ Σ

Λάμια Σοφίου. Σόφιος Σοφοκλεῦς.

896 Marmor candidum cylindri solidi figura; diameter 0,147, altitudo 0,145. In superficie circulari titulus. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm.



Ἄλυ|πε | χαῖρε.


Hic (n. 896—930) eos titulos composui, qui singula nomina Graeca cum valedictionis vocabulo χαῖρε habent. Cuius usum recentioris aetatis esse apparet. Nam pauci quidem illi tituli, quos saeculis tertio et quarto a. Chr. n. exaratos constat (n. 887. 888), eo additamento carent; quod qui habent ex eis nullus est, quem saeculo altero a. Chr. n. (n. 901) antiquiorem esse demonstrari possit. Haud paucos adeo manifestum est multo recentiores esse (cf. n. 898. 909. 914. 918. 925).

897 Stela lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate, Corcyrae in colle orientem versus ab oppido antiquo. Ed. F. Lenormant *Rev. arch.* N. S. IX (1864) p. 67 n. 1.

Α Ν Δ Ρ Ο Κ Λ Η Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀνδροκλῆ χαῖρε.

898 Lapis calcarius eius figurae, quae infra delineata est, a. 0,16, l. 0,33. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm.



Ἀνθη|δὼν | χαῖρε.

Nomen civitatis Ἀνθηδών etsi feminini generis est, tamen nulla ex parte dubium est, quin hoc viri sit epitaphum, quia omnia huius generis nomina in -ών de hominibus usurpata in masculinum genus abeunt; cf. Καλυδών, Καλχηδών, Κραννών, Σιδών, ut non afferam Μαραθών (C. I. A. III, 1128), quod etiam ubi loci nomen est, haud raro masculino genere utitur. Litterarum formae imperatorum Romanorum aetatem indicant.

899 Stela lapidis calcarii cum aëtomate, intra quod phiala rudi arte delineata. Infra aëtoma locus quadratus excavatus sine anaglypho. Supra eum titulus. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm.

Α Ρ Ε Τ Η Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρετὴ χαῖρε.

900 Cuneus fictilis a. 1759 Corcyra in museum Nanianum illatus. Aeri incisum titulum exhibet Paciaudus Mon. Pelop. T. II p. 179 (Mus. Nan. ant. coll. n. 75; Mustoxydis Illustr. Corcyr. I p. 207; Boeckh C. I. G. 1887); Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 306 n. CXII cum imagine xylographa (minusculis litteris repetivit F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219). Est etiam in Musei civici Veneti codice 2002 (v. ad n. 643) n. 133.

Α Ρ Τ Ε Μ
Ο Κ Λ Ε Α
Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρτεμ|όκλεα | χαῖρε.

901 Stela lapidis calcarii cum aëtomate, aediculae figura, sine anaglypho, a. 0,80, l. 0,42. In epistylio titulus. Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm.

Α Ρ Χ Ε Λ Α Ι Δ Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρχελαΐδα χαῖρε.

Litterae alpha figurae alternantes Α Α alteri a. Chr. n. saeculo optime conveniunt.

902 Cippus sepulcralis inventus Corcyrae. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 332 n. CLXXXIII (minusculis litteris repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 553 n. 47).

Α Ρ Χ Ι Μ Η Δ Η Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀρχιμήδης χαῖρε.

903 Cippus sepulcralis, Corcyrae. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 332 n. CLXXXIV (minusculis litteris repetivit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 553 n. 48).

Α Φ Ρ Ο Δ Ι Σ Ι Α Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀφροδιτία χαῖρε.

904 Cippus sepulcralis inventus Corcyrae. Ed. Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 333 n. CLXXXV (minusculis litteris repetiverunt C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 554 n. 49 et F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219).

Β Ο Ι Λ Α Α Χ Α Ι Ρ Ε

Βοϊλ[λ]α χαῖρε.


995 Inter rudera Cranii Cephalleniae anno 1860 se exscripsisse dicit F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 519 n. 342.

ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΤΗΣΕΙΣΤΗΝΠΟΛΙΝ
ΕΥΝΟΙΑΣ

. . . . | εὐσεβείας ἕνεκεν | καὶ τῆς εἰς τὴν πόλιν εὐνοίας.
Cf. adn. ad n. 988.

996 'Stela marmorea in necropoli Cranii reperta et intra domum privatam Argostolii asservata. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 347.

ΕΡΩΤΙΟΝ

Ἐρώτιον.
Cf. adn. ad n. 988.

997 'Descripsi nuper in domo privata Argostolii. Inscriptum est stelae marmoreae in necropoli Cranii repertae' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 348.

ΓΗΝΕΛΟΓΗ

Πηνελόπη.
Cf. adn. ad n. 988.

998 'In stela marmorea ex necropoli Cranii. Descripsi Argostolii anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 349.

ΦΙΛΙΝΝΑ

Φίλιννα.
Cf. adn. ad n. 988.

999 'Descripsi nuper Argostolii, in stela marmorea Cranii reperta' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 351.

ΜΥΡΤΙΟΝΧΡΗΣΤΗ

Μύρτιον χρηστή.
Cf. adn. ad n. 988.

1000 'In stela marmorea ex necropoli Cranii. Descripsi Argostolii anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 350.

ΕΥΑΝΘΗΧΑΙΡΕ

Εὐάνθη χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1001 'Descripsi anno 1860 Argostolii, apud Milium, tunc Graeciae consulem. Inscriptum erat stelae ex necropoli Cranii' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 352.

ΑΣΚΛΗΓΙΑΔΗΣ

Ἀσκληπιάδης.
Cf. adn. ad n. 988.

1002 'Apud eundem [i. e. Milium Graeciae consulem] descripsi anno 1860, in stela e Cranio' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 520 n. 353.

ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ

Σώσανδρος.
Cf. adn. ad n. 988.

1003 'Stela marmorea in necropoli Cranii reperta. Descripsi anno 1860 apud Berettam, Galliae consulem Argostoliensem' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 521 n. 354.

ΔΙΟΝΥϹΙЄ
ΧΡΗϹΤЄ
ΧΑΙΡЄ

Διονύσιε | χρηστὲ | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1004 Inter rudera Cranii Cephalleniae anno 1860 se exscripsisse dicit F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 519 n. 341.

ΧΡΗΣΤΕ·ΧΑΙΡ

..... χρηστὲ χαῖρ[ε].
Cf. adn. ad n. 988.

1005 'Tituli n. 365—371 [nobis n. 1005. 1006. 1007. 1011. 1012. 1013. 1014] inter rudera Sames anno 1860 reperti sunt ab exercitus Anglici mechanicis, dum lapides monumentorum huius civitatis evellunt ad aedificandam Corcyrae arcem montis Abraham, quae nunc ab ipsis Anglis diruta est, quum insulas maris Ionici Graecis tradiderunt. Eodem anno eos descripsi, sed anno 1863 et Corcyrae et Cephalleniae frustra quaesivi. Fortasse, tamquam vulgaribus lapidibus, in macerie murorum arcis eis usi erant architecti Britanni' F. Lenormant, qui hunc titulum 'in basi marmorea quadrata esse' refert. Edd. minusculis litteris ex Lenormanti apographo E. Gerhard *Arch. Anzeiger* XXIV (1866) p. 204* n. 8, 2, maiusculis ipse Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 524 n. 369.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΜ
ΑΥΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΣΕΒΑΣ
ΤΟΝΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΟΡΟΣΛΣΕΠΤΙΜΙΟΥΣΕΟΥΗΡΟΥΠΕΡ
ΤΙΝΑΚΟΣΑΡΑΒΙΚΟΥΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ
ΜΕΓΙΣΤΟΥΗΠΟΛΙΣΗΣΑΜΑΙΩΝ
ΨΒ ♁ ΚΔ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ(ᾶρκον) | Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Σεβασ|τόν, Σεβαστοῦ Καίσαρος Αὐτοκρά|τορος Λ(ουκίου) Σεπτιμίου Σεουήρου Περ|τίνακος Ἀραβικοῦ Ἀδιαβηνικοῦ | μεγίστου, ἡ πόλις ἡ Σαμαίων. | Ψη(φίσματι) β(ουλῆς) κ(αὶ) δ(ήμου).

Hos tres titulos (n. 1005—1007) ad exemplum genuini n. 617 concinnatos esse apparet. Sed hoc negotium, ut erat facillimum et tutissimum ei, qui vel mediocri eiusmodi titulorum honorariorum cognitione imbutus esset, sic tamen non ab omni parte prospere cessit Lenormanto. Nam quod paternam originem in titulis n. 1005. 1006 mero genetivo indicari voluit, id fecit sine dubio memor Graecae consuetudinis hoc nomine ab Romanorum more discrepantis. Sed eam in eiusmodi titulos non cadere, immo constanti usu accusativum υἱόν flagitari, nemo peritus negabit. Etiam Σεβαστοῦ nomini patris praemissum (n. 1005, 3. 1006, 3) insolentius est, etsi hoc quidem tolerari posset, si nulla esset alia suspicionis causa. Cf. praeterea quae disputata sunt ad n. 988.

1006 'In basi marmorea quadrata.' De loco v. ad n. 1005. Edd. minusculis litteris ex F. Lenormanti apographo E. Gerhard *Arch. Anzeiger* XXIV (1866) p. 204* n. 8, 3, maiusculis ipse Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 525 n. 371.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΠ
////////////////////////// Σ //////////
ΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΟΡΟΣΛΣΕΠΤΙΜΙΟΥΣΕΟΥΗΡΟΥ
ΠΕΡΤΙΝΑΚΟΣΑΡΑΒΙΚΟΥΑΔΙΑΒΗ
ΝΙΚΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΜΕΓΙΣΤΟΥΗ
ΠΟΛΙΣΗΣΑΜΑΙΩΝ
ΨΒ ♁ ΚΔ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Π(όπλιον) | [Σεπτίμιον Γέταν] Σ[εβαστόν], | Σεβαστοῦ Καίσαρος Αὐτοκρά|τορος Λ(ουκίου) Σεπτιμίου Σεουήρου | Περτίνακος Ἀραβικοῦ Ἀδιαβη|νικοῦ Παρθικοῦ μεγίστου, ἡ | πόλις ἡ Σαμαίων. | Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) κ(αὶ) δ(ήμου).
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1007 'In basi marmorea quadrata.' De loco v. ad n. 1005. Edd. minusculis litteris ex F. Lenormanti apographo E. Gerhard *Arch. Anzeiger* XXIV (1866) p. 204* n. 8, 1, maiusculis ipse Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 524 n. 370.

ΙΟΥΛΙΑΝΔΟΜΝΑΝ
ΣΕΒΑΣΤΗΝΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΛΟΥ
ΚΙΟΥΣΕΠΤΙΜΙΟΥΣΕ
ΟΥΗΡΟΥΠΕΡΤΙΝΑΚΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΡΑΒΙΚΟΥ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥΠΑΡΘΙ
ΚΟΥΜΕΓΙΣΤΟΥΓΥΝΑΙΚΑ
ΗΠΟΛΙΣΗΣΑΜΑΙΩΝ
ΨΒ ♁ ΚΔ

Ἰουλίαν Δόμναν | Σεβαστήν, Αὐτοκρά|τορος Καίσαρος Λου|κίου Σεπτιμίου Σε|ουήρου Περτίνακος | Σεβαστοῦ Ἀραβικοῦ | Ἀδιαβηνικοῦ Παρθι|κοῦ μεγίστου γυναῖκα, | ἡ πόλις ἡ Σαμαίων. | Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) κ(αὶ) δ(ήμου).
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1008 'Same, in stela marmorea. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 522 n. 362.

ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣΞΩΣΙΜΟΥ

Φιλοκράτης Ζωσίμου.
Cf. adn. ad n. 988.

1009 'Same, in stela rotunda prope portum antiquum. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 522 n. 363.

ΖѠΙΛЄ
ΧΡΗϹΤЄ
ΧΑΙΡЄ

Ζωΐλε | χρηστὲ | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1010 'Same, in domo privata. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 523 n. 364.

ΚΛ·ΕΡΜΗΣΙΑΝΑΞ

Κλ(αύδιος) Ἑρμησιάναξ.
Cf. adn. ad n. 988.

1011 'Same, in stela marmorea quadrata.' De loco v. ad n. 1005. Ed. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 523 n. 365.

ΑΛЄΞΑΝΔΡΑ
ΧΑΙΡЄ

Ἀλεξάνδρα | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1012 'In stela rotunda marmorea.' De loco v. ad n. 1005. Ed. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 523 n. 366.

ΚΑΛΛΙΠΠΕ
ΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Κάλλιππε | χρηστὲ | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1013 'In stela quadrata marmorea.' De loco v. ad n. 1005. Ed. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 523 n. 367.

ΜΑΤΡΩΝΑ
ΧΡΗϹΤΗ

Ματρώνα | χρηστή.
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1014 'In stela marmorea, eleganti fastigio decorata.' De loco v. ad n. 1005. Ed. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 523 n. 368.

ΧΑΙΡΕΑΣ

Χαιρέας.
Cf. adn. ad n. 988. 1005.

1015 Apud Ch. I. Tzimaratum in vico *Hagia Thekla*, qui est in ora occidentali paeninsulae Palensium (*Paliki*), O. Riemann vidit apographum tituli, qui Palae inventus dicebatur, et minusculis litteris edidit *Cephalonie, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XII p. 32.

ἡ πόλις Παλείων
τῆς Κεφαλληνίας ἐλευθέρας.

Illum lapidem Palensem ficticium esse, neque hic quicquam aliud haberi quam partem tituli Attici C. I. G. 340 (C. I. A. III, 481) imperite exscriptam, iure meritoque existimat Riemannus.

1016 'Inter rudera civitatis Pallensium. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 521 n. 355.

ΑΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

. . . . . ας ἀνέθηκεν.
Cf. adn. ad n. 988.

1017 'Inter rudera civitatis Pallensium. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 521 n. 356.

ΕΚΕΝ
ΡΟΣΥΝΗΣ

[. . . . ἀρετῆς ἕν]εκεν | [καὶ σωφ]ροσύνης.
Cf. adn. ad n. 988.

1018 'In stela Pallae reperta. Descripsi anno 1860 Lixurii, in domo privata' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 521 n. 357.

ΣΤΗΣΙΠΠΟΣΦΙΛΙΠΠΟΥ

Στήσιππος Φιλίππου.
Cf. adn. ad n. 988.

1019 'Stela e Pallensium civitate. Descripsi Lixurii anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 521 n. 358.

ΤΙΜΟΧΑΡΗΣ

Τιμοχάρης.
Cf. adn. ad n. 988.

1020 'In stela Pallae reperta. Descripsi Lixurii anno 1860, apud Typaldum Cavalieratum' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 522 n. 359.

ΑΜΥΝΑΝΔΡΕΚΛΕΑΝΔΡΟΥ
ΧΡΗΣΤΕΚΑΙΑΛΥΠΕ
ΧΑΙΡΕ

Ἀμύνανδρε Κλεάνδρου | χρηστὲ καὶ ἄλυπε | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1021 'In glandula missili plumbea Pallae reperta. Descripsi Pallae anno 1860, apud Stamatelum Pylarium medicum' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 522 n. 360.

ΤΙΜΑΓ

Τιμαγ(όρας).
Cf. adn. ad n. 988.

1022 'Descripsi apud eundem [i. e. Stamatelum Pylarium medicum] anno 1860, in glandula missili plumbea' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 522 n. 361.

ΤΥΧΑ

Τύχα.
Cf. adn. ad n. 988.

1023 'Inter rudera Pronnorum. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 525 n. 372.

ЄΤΩΝλΔ
ΧΑΙΡЄ

. . . . . . | ἐτῶν λδ' | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1024 'Inter rudera Pronnorum, in stela marmorea. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 525 n. 373.

ΑΙΧΜΕΑΣ

Αἰχμέας.
Cf. adn. ad n. 988.

1025 'Inter rudera Pronnorum, in stela marmorea. Descripsi anno 1860' F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 525 n. 374.

ΜΝΗΣΙΘΕΟΣΟΝΗΣΙΜΟΥ

Μνησίθεος Ὀνησίμου.
Cf. adn. ad n. 988.

1026 ʽInter rudera Pronnorum. Descripsi anno 1860ʼ F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 525 n. 375.

ΑΘΗΝΑΓΟ
ΡΑΣΕΤΩΝ

Ἀθηναγό|ρας ἐτῶν | [. . .,ʼ χαῖρε].
Cf. adn. ad n. 988.

1027 ʽInter rudera Pronnorum. Descripsi anno 1860ʼ F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 526 n. 376.

ΧΡΗϹΤЄ
ΧΑΙΡЄ

. . . . . | χρηστὲ | χαῖρε.
Cf. adn. ad n. 988.

1028 ʽInter rudera Pronnorum. Descripsi anno 1860ʼ F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 526 n. 377.

ΕΟΙΣΠ

[Θ]εοῖς π[ᾶσι].
Cf. adn. ad n. 988.

1029 Later fractus in duas partes; fuit Corcyrae in museo. Alteram (*b*) edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 293, ambas coniunctim W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 620 (*Kleine Schriften* II p. 165) n. 9; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 47 n. 1.

a | *b*
ΕΜΩ|ΝΜΕΝΕΩΝ
ΣΥΝ|ΕΡΙΘΟΙ

Ficticiorum titulorum Corcyraeorum duplex est genus; alteri enim (n. 1029—1056) in lateribus coctis incisi sunt, quorum pars adhuc exstat, alii ab hominibus fide dignissimis visi sunt. Alterius generis (n. 1057—1061) lapides aut lateres nemo se vidisse testatur praeter ipsos, qui titulos ediderunt; in quos cum suspicio gravissima fraudis cadat, probabile est in charta demum illas quidem inscriptiones confictas esse. Prius genus cum manifestum sit fraude non minus stulta quam impudenti natum esse, ne de aetate quidem magnopere est quod dubitetur. Nam perquam noviciam esse horum omnium fabricam inde cernitur, quod nullum dum huius generis exemplum novit Mustoxydis ne in recentissimo quidem illo de rebus Corcyraeis libro. Quod contra Lenormantus et Vischerus proximis post 1860 annis in museo Corcyraeo hos lateres invenerunt, atque etsi Vischero a. 1862 narrabatur, eos iam sedecim annos (i. e. inde ab 1846) in ea collectione esse, tamen ipse meminerat se anno 1853 nullum eorum ibi vidisse. Quare quin paullo post medium hoc saeculum non modo in museum illati, sed tum demum confecti sint hi tituli, non est dubium. Accuratiora, etsi non ab omni parte certa, de fraudis auctore Wilhelmus fando accepit Corcyrae (vide adn. ad n. 1034).

Octo primi lateres (n. 1029—1036) particulas epigrammatis dedicatorii, quod Iovianus in epistylio ecclesiae Panagiae a se condita incidendum curavit (n. 721), continent. Hoc cum primum intellexisset Vischerus, simul certissimum fraudis argumentum inde repetivit. Nam non modo nulla causa excogitari potest, cur illius tituli verba antiquitus in lateribus repetita sint, sed etiam versuum dispositio plane inepta demonstrat non serio egisse, quicunque haec insculpserit (v. adn. ad n. 1035. 1036). Quid quod etiam lapsus lapicidae ex n. 721, 2 religiose conservatus est n. 1032?

Later n. 1029 finem primi hexametri [Πίστιν ἔχων βασίλ(ε)ιαν] ἐμῶν μενέων | συνέριθο[ν] continet. Breves tituli versus, ex quibus quattuor demum unum hexametrum efficiant, iure mireris.

1030 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 620 (*Kleine Schriften* II p. 166) n. 10; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 47 n. 1. In eodem latere est genuini tituli fragmentum n. 791.

ΒΑΣΙΛΙΑΝΕΜΩΝ
+ ΕΛΛΗΝΩΝ

Cf. adn. ad n. 1029. Hic primi hexametri media pars βασίλ(ε)ιαν ἐμῶν et tertii vox prima Ἑλλήνων leguntur.

1031 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 620 (*Kleine Schriften* II p. 166) n. 12; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 47 n. 1. In eodem latere est genuini tituli fragmentum n. 816.

ΕΛΛΗΝΩΝ ΜΕΝΗΚΑΙ
ΒΩΜΟΥ

Cf. adn. ad n. 1029. Tertii hexametri est initium Ἑλλήνων [τε]μένη καὶ | βωμοὺ[ς ἐξαλαπάξας].

1032 Later fractus in duas partes; fuit Corcyrae in museo. Alteram (*b*) edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 295 (inde F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219); W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 620 (*Kleine Schriften* II p. 165) post n. 9. Alteram (*a*) idem p. 166 n. 11. Coniunctas minusculis litteris exhibet O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 1.

a | *b*
-ΟΙΜΑΡ|ΥΨΙΜΕΔΟΝ

In fine ΔΟΝ Vischer, ΔΩΝ Lenormant.
Cf. adn. ad n. 1029. Secundi hexametri initium est [σ]οὶ μά(κα)ρ ὑψιμέδον. Errorem lapicidae ΜΑΡ pro ΜΑΚΑΡ falsarius repetivit neglecta emendatione, quam ille supra versum ascripserat.

1033 Later coctus, fractus a sinistra; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 621 (*Kleine Schriften* II p. 166) n. 14; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 1.

ΤΙ ΔΑΝΗΣΙ
ΙΟ

Cf. adn. ad n. 1029. Quarti hexametri pars haec est [χειρὸς ἀπʼ οὐ]τιδανῆς Ἰο[βιανὸς ἕδνον ἄνακτι], mira litterarum dispositione exarata.

1034 Later coctus, a. 0,125, l. 0,175, c. 0,03, fractus a sinistra, Corcyrae in horto Vasilakis, qui quondam fuit Woodhousii. Exscripsit A. Wilhelm.

ΑΝΑΚΤΙ

Cf. adn. ad n. 1029. Finis est quarti hexametri [ἕδνο]ν ἄνακτι.

Hortularius horti illius quondam Woodhousiani Wilhelmo narravit hominem Graecum, cui nomen fuisset Buas (Μπούας, quod nomen hodie etiam Corcyrae invenitur), lateres huius generis fabricasse et ad Woodhousium attulisse, dum ille fraudem cognosceret et lateres deleret. Quo factum videtur, ut ex magno numero eiusmodi figmentorum, quae manifesto eandem fabricam prae se ferunt, pauca modo conservarentur (praeter hunc cf. n. 1043. 1046. 1048. 1054).

1035 Later coctus, fractus a dextra; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 621 (*Kleine Schriften* II p. 166) n. 15; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 1.

Σ Ε Δ Ν Ο Ν Α Ν Α Κ Τ Ι

Cf. adn. ad n. 1035. Finis est versus quarti [᾿Ιοβιανὸ]ς ἔδνον ἄνακτι.
Etsi et hic titulus et n. 1034 ex fine tituli Ioviani repetiti sunt, tamen cave hic eiusdem lateris exemplum plenius haberi existimaveris. Nam hic dextram, illic sinistram lateris partem mutilatam esse Vischeri et Wilhelmi testimoniis constat. Egregium fraudis vestigium est, quod iuxta ipsam fracturam lateris extrema totius versus littera scripta est, cum vice versa ab initio, etsi illic later integer est neque alius versus antecedit, ultima nominis [᾿Ιοβιανό]ς littera legitur.

1036 Later coctus, fractus a dextra; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 621 (*Kleine Schriften* II p. 166) n. 13; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 1.

Χ Ε Ι Ρ Ο Σ Α Π
Ο Β

Vs. 2 Riemannus οβι habet.
Cf. adn. ad n. 1029. Partes sunt versus quarti, prava litterarum dispositione:
χειρὸς ἀπ᾿ [οὐτιδανῆς ᾿Ι]οβ[ιανὸς ἔδνον ἄνακτι].

1037 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII (*Kleine Schriften* II p. 165) n. 8; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 3.

Β Ω Μ Ο Σ Τ Ω Ν Ε Λ Λ Η Ν Ω Ν

Βωμὸς τῶν ῾Ελλήνων.
Tituli n. 1037—1039 etsi non, ut proximi priores, ex ipsis verbis tituli Ioviani (n. 721) expressi sunt, tamen hic quoque illam inscriptionem fraudi ansam dedisse apparet. Nam n. 1037 ex versu ῾Ελλήνων τεμένη καὶ βωμοὺς ἐξαλαπάξας petita sunt ab homine, cuius stupor non intellegebat, in universum quidem sacrorum paganorum aras recte ῾Ελλήνων βωμούς vocari, de una certa ara idem nomen usurpatum sensu cassum esse. Tituli n. 1038 et 1039 autem inde nati esse videntur, quod utriusque generis, quod Iovianus commemoraverat, singula exempla exhibere in animo habebat falsarius. Illa vero signa, quae infra medium versum sunt in utroque latere, aut ex alio genuino latere imitatus est, aut adeo ipsa genuina sunt, ut hic antiquiori titulo in eisdem lateribus recentiorem ficticium adiectum esse statuendum sit, perinde ac n. 1030 et 1031. Nam talia in antiquis lateribus Corcyraeis exstare Mustoxydis, qui haec figmenta nondum noverat (ad n. 1029), testimonio constat (vide n. 828. 829).

1038 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 404 n. 298; accuratius W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 619 (*Kleine Schriften* II p. 165); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 4.

Β Ω Μ Ο Σ Τ Ο Υ Α Π Ω Λ Ο Ν Ο Σ

(Δ)

Βωμὸς τοῦ ᾿Απ[όλ]λωνος.
Cf. adn. ad n. 1037.

1039 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 404 n. 299; W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 619 (*Kleine Schriften* II p. 164); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 2.

Τ Ε Μ Ε Ν Ο Σ Ε C Τ Ι Δ Ι Ο Σ
+

(Α)

Var. lect. In versu primo, quem Lenormantus solum exhibet, sic variare litterae sigma figuram definite testatur Vischerus, cum Lenormantus ubique Σ exhibeat.
Τέμενός ἐστι Διός.
Cf. adn. ad n. 1037.

1040 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 297, cuius apographum recte se habere testatur W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 620 (*Kleine Schriften* II p. 165); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 5.

Κ Ε Ρ Κ Υ Ρ Α Ν Ι Κ Η Τ Ρ Ι Α

Κέρκυρα νικήτρια.
Acute Vischerus coniecit falsarium sua deprompsisse ex titulo duodecimi p. Chr. n. saeculi, quem habes C. I. G. 8733: ᾿Εμμανουὴλ Κομ(νηνῷ) αὐτοκ[ράτορος ᾿Ι]ω[άννου] | εὐδαίμ(ονος) υἱῷ εὐδαιμονεστάτῳ | Σικελοὺς τυραννοῦντας | ἐκπολεμήσαντι εὐχαριστήριον | Κέρκυρα νικητήριον. Sed huius ipsius tituli genuinam originem haud spernendis argumentis usus in dubium vocavit Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 232 n. XLVIII.

1041 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 617 (*Kleine Schriften* II p. 161) n. 2; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 12.

Ε Π Ι Ν Ο Κ Ο Μ Η Δ Ε Α

Videtur genuinus titulus ἐπὶ Νικομήδεος (n. 789. 790) incredibili socordia exscriptus esse.

1042 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 617 (*Kleine Schriften* II p. 161) n. 1; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 18.

Ε Π Ι Σ Π Α Τ Ι Ο Υ

Stratii prytanis lateres (n. 802. 803) videtur falsarius ita imitatus esse, ut medium locum teneret inter veram lectionem et Mustoxydis errorem. Nam hic quidem Σπατίου in latere esse Vischeri testimonio constat, illic Σπάτου a Mustoxyde perperam lectum videtur.

1043 Later coctus, a. 0,21, l. 0,26, c. 0,027, Corcyrae in museo. Exscripsit A. Wilhelm.

Ε Π Ι Ο Ι Φ Ι Λ Ω Ν Ι Δ Α

Wilhelmus sibi fidem suspectam indicat; fortasse ad exemplum lateris n. 815 confictus est, sed in forma conficienda pro ΦΙ errore ΟΙ posuerat falsarius.

1044 Later coctus, qui fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 296; W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 618 (*Kleine Schriften* II p. 163); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 17.

ΛΓΑΘΟΥΚΛΗΣΜΟΥΣΑΙΟΥ

Ἀγαθουκλῆς Μουσαίου.

Hunc titulum falsarius repetivit ex stela sepulcrali cum anaglypho, quae nescio unde Corcyram in collectionem Woodhousianam pervenit ac nunc quoque asservatur in museo Corcyraeo. Eius titulus ab A. Wilhelmo meum in usum exscriptus sic se habet: Ἀγαθοκλῆς Μουσαίου | Ἀθηναῖος. Vides diphthongum in altera nominis syllaba ipsius falsarii neglegentiae acceptam ferri. Ut hanc sic etiam eas inscriptiones quae proxime insequuntur n. 1045—1050 ex notis cippis sepulcralibus in lateres translatas esse apparet (v. ubique adnotationes). Sed ne illic quidem, ubi ignoramus unde hauserit falsarius (n. 1051 sqq.), de ipsa fraude vel levissima dubitatio relinquitur. Nam quis unquam audivit de genuino titulo sepulcrali non lapidi, sed lateri cocto inciso?

1045 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 404 n. 300; W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 618 (*Kleine Schriften* II p. 163); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 6 (F. Blass ap. Collitz *Griech. Dialektinschr.* III p. 101 in adn. ad n. 3219).

ΑΠΕΛΛΗΘ ΕΜΙΣΩΝΟΣ

Ἀπελλῆ Θεμίσωνος.

O. Riemann *Zante, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* XVIII p. 12 n. 2 edidit titulum Zacynthi in horto comitis Romae asservatum, sed origine nequaquam Zacynthium, qui sic se habet: Εὔφρων Ἑρμαφίλου | χρηστὲ χαῖρε. | Ἀπελλᾶ Θεμίστωνος | χρηστὲ χαῖρε. Ex hoc falsarium Corcyraeum sua mutuatum esse perquam probabilis est Riemanni suspicio.

1046 Later coctus, a. 0,323, l. 0,125, c. 0,02, Corcyrae in museo. Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.

ΘΕΟΔΟΤΕ ΑΜΥΝΕΟΥ

Titulus hic itemque n. 1047 conficti sunt ad exemplum cippi sepulcralis, qui non Corcyraeus est origine, sed illic in collectione Woodhousii fuit et nunc est in museo. Is hunc titulum habet: Θεόδοτε Ἀμύντου | χρηστὲ χαῖρε. Vides errorem a falsario in patris nomine legendo commissum.

1047 Later coctus, fractus in duas partes; fuit Corcyrae in museo. *a* ed. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 292. Contulit W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 618 (*Kleine Schriften* II p. 163). — *b* ed. W. Vischer ibid. n. 4. Coniuncta minusculis litteris exhibet O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 15.

a | *b*

ΘΕΟΔΟΤΕ Α | ΜΥΝΕΟΥ

ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ |

Θεόδοτε Ἀμυνέου | χρηστὲ χαῖρε.

De exemplo, quod falsarius secutus est, v. adn. ad n. 1046. Id eum bis in duobus lateribus expressisse propterea certum est, quia in superstite n. 1046 nihil unquam scriptum fuit praeter unum versum, qui nomen et patris designationem habet, quum hic de altero versu Vischeri testis oculati relatione plane constet. Adde quod n. 1047 in duas partes fractus fuit, n. 1046 etiamnunc integer est.

1048 Later coctus, a. 0,125, l. 0,34, c. 0,03, fractus in duas partes (*a b*), quae separatim asservantur in museo Corcyraeo. Coniuncta exscripsit A. Wilhelm et ectypum chartaceum misit.

a | *b*

ΙΕΝΕΚΡΑΤΗ | ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΘΗΝΑ | Ε

[Μ]ενεκράτη Διοδώρου | Ἀθηνα[ῖ]ε.

Hic quoque titulus desumptus est ex monumento superstite, stelam sepulcralem marmoris albi cum anaglypho dico, non Corcyraeam quidem origine, sed Corcyrae olim in collectione Woodhousii, nunc in museo asservatam, cuius titulus ab A. Wilhelmo meum in usum exscriptus sic se habet: Μενεκράτη Δι|οδώρου Ἀθηναῖε | χρηστὲ χαῖρε.

1049 Fragmenta duo lateris cocti, Corcyrae. *a* edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 517 n. 330; W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 619 (*Kleine Schriften* II p. 164); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 11. — *b* edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 291; W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 618 (*Kleine Schriften* II p. 162); minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 16.

a | *b*

ΜΕΝΕΚΡΑΤΗ | ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΕ |

ΧΡΗΣΤΑΙΧΑΙΡ |

Μενεκράτη Διοδώρου | Ἀθηναῖε | χρηστ(ὲ) χαῖρ[ε].

Cum Vischerus testis oculatus versum tertium ΧΡΗΣΤΑΙΧΑΙΡ (hac barbara scriptura) in latere esse asseveret, later a Wilhelmo compositus n. 1048 vero integer sit neque quicquam praeter nomen et originis significationem habeat, apparet bis eundem titulum ex cippo sepulcrali in laterem transcriptum esse a falsario (cf. etiam n. 1046. 1047).

1050 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 294; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 7. Vidit etiam W. Vischer, cf. *Kleine Schriften* II p. 161. 163, qui Lenormanti lectionem recte se habere testatur.

ΝΙΚΙΑΛΕΥΚΙΟΥ

ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Νικία Λευκίου | χρηστὲ χαῖρε.

Haec manifesto ex lapide sepulcrali n. 933 a falsario in hunc laterem transscripta sunt.

1051 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 623 (*Kleine Schriften* II p. 169) n. 17; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 14.

ΠΑΥΣΙΛΥΠΟ ΝΗΔΥΜ
ΘΑΝΑΤΟ

Παυσιλύπο[υ] νηδύμ[ου] | θανάτο[υ].

Hunc titulum a falsario ex columna, in qua legit Mustoxydis (cf. n. 981), in laterem transscriptum esse vidit Vischerus.

1052 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 619 (*Kleine Schriften* II p. 164) n. 6; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 9.

ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΧΑΙΡΕ ΜΕΝΙΤΩΡ ΣΟΦΩΤΑΤΕ

Διομήδης χαῖρε, μέντωρ σοφώτατε.


Hic quoque titulus, etiamsi alia omnia recte se haberent, propterea in ficticiorum numero habendus esset, quia sepulcralis est in latere cocto. Sed accedit illud mirum ΜΕΝΙΤΩΡ vel ΜΕΝΤΩΡ. Mihi videtur falsarium *μέντωρ* appellative de magistro aut paedagogo usurpasse.

1053 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 618 (*Kleine Schriften* II p. 163) n. 5; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 8.

ΚΑΔΜΟΣ

Κάδμος.

1054 Later coctus, a. 0,16, l. 0,27, c. 0,03, cum litteris non excavatis, sed prominentibus. Corcyrae in museo. Apographum et ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.



Wilhelmus hunc titulum ficticium existimat, quem verum vidisse propterea potissimum iudico, quia nonnullae litterae (praecipue ΜΟ et utrumque Η) aliquantum ad dextram inclinatae sunt, id quod ab veterum more alienum iure ad hodiernum scribendi consuetudinem retuleris.

1055 Later coctus; fuit Corcyrae in museo. Ed. O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 10.

. . . . . θνια.

1056 Fragmentum lateris cocti; fuit Corcyrae in museo. Edd. W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 619 (*Kleine Schriften* II p. 164) n. 7; minusculis litteris O. Riemann *Corfou, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome* VIII p. 48 n. 13.

ΗΣΤΕ

[. . . . χρ]ηστέ.

1057 Ex Pyrrhi Ligorii schedis edd. Holstenius Not. et Castigat. ad Steph. Byz. p. 150; Gudius p. LIX, 3 (inde Mustoxydis Illustr. Corcyr. II p. 192; Boeckh C. I. G. 1874; Mustoxydis *Delle cose Corciresi* p. 231 n. LXVII).

ΘΕΟΙΣΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣΙΣΤΩΝΑΙΟΙΣ
Λ.ΑΥΡΗΛΙΟСΦΕΡΕΚΥΔΗСΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟС
СΕΒΑΣΤΟΥΤΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥСΕΒΗΡΟΥ
ΕΠΙΣΤ.ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Θεοῖς Διοσκόροις Ἰστωναίοις | Λ(ούκιος) Αὐρήλιος Φερεκύδης ἀπελεύθερος | Σεβαστοῦ τοῦ Ἀντωνείνου Σεβήρου | ἐπιστ(άτης) Κερκυραίων | ἀνέθηκεν.

Boeckhius nihil de fraude suspicatur, sed praeter Ligorii malam fidem ipsius quoque tituli verba non uno nomine fictionem arguunt. Primum L u c i u s Aurelius non potuit nisi L. Veri aut Commodi libertus esse, sed horum neutrum simpliciter Antoninum appellare licebat; quod *Σεβαστοῦ τοῦ Ἀντωνείνου* dicitur, etsi item plane inauditum est, tamen hoc ad iteratam incuria transscribentis syllabam finalem haud absurde retuleris. Verum illud *ἐπιστάτου Κερκυραίων* munus, quo libertus Caesaris fungitur, non minus singulare est quam compendium scripturae ΕΠΙΣΤ pro *ἐπιστάτης*. Denique nominis *Κέρκυρα, Κερκυραῖοι* scriptura per *ε* Corcyrae inaudita est non antiquiore modo aetate, sed etiam illa ipsa, cui hic falsarius suum commentum tribuit (cf. n. 726, 7. 732, 9. 733, 1). Quod supra n. 1040 habes exemplum, item ficticium est, quem vero illic in adnotatione attuli titulum C. I. G. 8733, is vel si non recte a Mustoxyde in dubium vocatus est, tamen de Antoninorum aetate nihil docet; est enim saeculi p. Chr. n. duodecimi.

1058 'Corcyrae in latere.' Anno 1863 se exscripsisse refert F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 402 n. 289.

ΕΠΙΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀπολλωνίου.

V. adn. ad n. 988.

1059 'Corcyrae in latere.' Anno 1863 se exscripsisse dicit F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 403 n. 290.

ΕΠΙΜΕΝΑΝΔΡΟΥ

Ἐπὶ Μενάνδρου.

V. adn. ad n. 988. Nomen nescio an homo rei nummariae haud mediocriter peritus petiverit ex nummis Corcyraeis (*Catalogue of Greek coins, Thessaly to Aetolia* p. 148 n. 510—513).

1060 Corcyrae in glandula missili plumbea. Apud comitem Capodistriam anno 1863 se exscripsisse narrat F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 518 n. 339.

ΑΡΧΙΑ

Ἀρχία.

V. adn. ad n. 988. Nomen prytanis Lenormantus acceptum ferre videtur lateri genuino n. 756.

1061 Glandula missilis plumbea. Anno 1863 Corcyrae apud Iulium Pretenderin medicum se exscripsisse dicit F. Lenormant, qui edidit Mus. Rhen. XXI p. 518 n. 340.

ΠΡΟΜΑΧ

Προμαχ...

V. adn. ad n. 988.

ADDENDA.

PARS PRIOR.

TITVLI NVPER INVENTI.

1062. 1063 Lapis calcarius, fractus a sinistra, a. 0,30; litterarum altitudo 0,012. In loco qui vocatur *Palatia*, ubi fuit Anticyra, sub oleis. Ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 243 n. 1.

(1062) ΕΔΩΚΕΑΠΟΛΙΣ
ΝΤΑΙΕΙΑΥΤΩΙ
ΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΝ
ΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝ
ΑΤ..ΙΑΟΣΑ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΠΟΛΙ
ΝΩΝΤΙΜΟΘΕΟΥΚΑΛ
ΕΝΟΥΑΝΤΙΚΥΡΕΙΣ

(1063) ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕ
ΕΔΩΚΑΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝ
ΝΟΙΣΚΑΙ

1062 [Ἄρχοντος ...., γραμματεύοντος δὲ ....], ἔδωκε ἁ πόλις | [τῶν Ἀντικυρέων ....]νταιεῖ αὐτῶι | [καὶ ἐκγόνοις προξενίαν, ..., ἰσ]οπολιτείαν, ἔν|[κτησιν γᾶς καὶ οἰκίας, ἀσυλία]ν, ἀσφάλειαν, | [........... καὶ τἆλλ]α τ[ίμ]ια, ὅσα | [καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ] εὐεργέταις (τᾶς) πόλι[ος τᾶς Ἀντικυρέων ὑπάρχει. ἔγγυοι ....]νων Τιμοθέου, Καλ.[................ξ]ένου Ἀντικυρεῖς.

1063 [Ἄρχοντος ...., γ]ραμματεύοντος δὲ | [τοῦ συνεδρίου ...., Ἀντικυρεῖς] ἔδωκαν προξενίαν | [................. αὐτῶι καὶ ἐκγό]νοις, καὶ | ....

Supplementa pleraque Perdrizeti sunt.

1064 Stela rectangula marmoris subcaerulei, a. 1,24, l. 0,47, c. 0,18. Litterarum, intra quas vestigia coloris rubri exstant, altitudo 0,12. In fodiendo puteo fere duobus metris infra superficiem terrae, in loco *Palatia*, ubi quondam fuit Anticyra Phocidis, invenit Demetrius Gigellos habitans in vico *Aspra Spitia*. Ex ectypo chartaceo et apographo suo ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 391; cf. XX (1896) p. 244 n. 2.

)ΙΣΑΡΕΤΗΣΚΑΤΑΠΑΝΤΑΜΕΛΕΙΒΙΟΝΟΙΔΕΤΑΧΙΣΤΑ
ΘΝΗΣΚΟΥΣΙΣΤΥΓΕΡΩΝΕΓΞΥΝΟΧΑΙΣΠΟΛΕΜΩΝ
ΩΓΚΑΙΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΠΑΤΡΑΣΥΠΕΡΑΣΠΙΔΑΕΙΡΑΣ
ΩΛΕΤΟΔΥΣΜΕΝΕΩΜΦΥΛΟΝΑΜΥΝΟΜΕΝΟΣ

Οἷς ἀρετῆς κατὰ πάντα μέλει βίον, οἱ δὲ τάχιστα
θνήσκουσι στυγερῶν ἐγ ξυνοχαῖς πολέμων·
ὣγ καὶ Ἀρίσταρχος πάτρας ὕπερ ἀσπίδ' ἀείρας
ὤλετο δυσμενέων φῦλον ἀμυνόμενος.

Vs. 1 οἷδε Perdrizet. In Gallorum incursione (a. 278 a. Chr.) repellenda Aristarchum pro patria mortem oppetiisse perquam probabiliter coniecit idem.

1065 Tabula marmorea, a. 0,96, l. 0,45, c. 0,21, inventa inter rudera Amphicliae prope *Dadi*. Ed. Ἄστυ 27 Φεβρ. 1896 (inde *Mitth. des arch. Inst. in Athen* XXI (1896) p. 109 sq.).

ΕΠΙΤΙΜΑΙΝΕΤΩ
ΤΙΜΑΓΟΡΩ
ΜΝΑΣΙΑ

Ἐπὶ Τιμαινέτῳ, | Τιμαγόρῳ, | Μνασίᾳ.

Praepositio ad omnia tria nomina pertinere videtur.

1066 Lapide, qui in fronte titulum n. 318 habet, Stournarae et Margaritis Amphissensium beneficio ex pariete evolso in alio latere comparuit instrumentum manumissionis simile illius, quod ex ectypo et apographo suo ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 385 n. 1.

◡◡◡ – ιι ΧΑΝΑΓΑΘΑΝ ιCЄΝ/
CΑΦΙΛΛΙΔΑΤΟΥΖωΠΥΡΟΥΘЄCЄΙΦΥCЄΙΔЄΞЄΝΑΝΘΟΥΜΗΝ
ΑΜωΝΟCΘЄΟΚΟΛЄΟΝΤΟCΔЄΤωΑCΚΛΑΠΙωΤωЄΝΑΜΦΙ
ΑΑΡΧΙΑΤΟΥΘЄΟΔωΡΟΥΧЄΙΡΟΓΡΑΦΟΝΝΙΚΙΑΤΟΥΝΙΚΙΑΑΜΦΙ
ΟCΥΠЄΡCωCΙΧΑΝΖωCΑΠΑΡΟΥCΑΝΚΑΙΚЄΛЄΥΟΥCΑΝΥΠЄΡΑ
ΓΡΑΨΑΙЄΠЄΙЄΛЄΓЄΝΑΥΤΑΓΡΑΜΜΑΤΑΜΗЄΙΔЄΝΑΙΑΠЄΔΟΤ
CΙΧΑΖωCΑΑΜΦΙCCΙCΤωΑCΚΛΑΠΙωΤωЄΝΑΜΦΙCCΑCωΜΑΟΙΚ
ЄCΑΟΝΟΜΑΝΙΚΟCΤΡΑΤΑΔΟΥCΑΝΟ.ΑCΙΦΟΡωΝΙΚωΝΟCΠΑΙΔΙΑΔΥΟ
ΞΑΘΗCЄΙΤЄΑΓΟΡΑCΑCΑΜΗЄΛΑCCΟΝΤωΝΔΥΟΠΑΡΑΜЄΙΝΑΤω
ΟCΤΡΑΤΑCωCΙΧΑΖωCΑΤΟΝΤΑCΖωΑCΧΡΟΝΟΝΠΑΝΤ
ΟЄΠΙΤΑCCΟΜЄΝΟΝΠΑΝΑΝЄΠΙΚωΛΥΤωCЄCΤωΔЄ
Τ ΑΤΟΝΘΑΝΑΤΟΝCωCΙΧΑCЄΛЄΥΘЄΡΑΚΑ
ΔЄΝΙΠΟΘΗΚΟΥCΑΜΗΔЄΝΚΑΤΑΜΗΔЄΝΑ
ЄΥCЄΤΑΝωΝΑΝΤωΘЄωΤΑΝωΝΑΝ
ΑΡΧΙΑCΤΟΔЄΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝΑΥΤΑC
ΚΑΘЄCΤΑΚЄΔЄΚΑΙΒЄΒΑΙωΤΗΡΑΚ^
^ΛΛΙΞЄΝΟΥΜΑΡΤΥΡЄCΟΙΑΥΤ
ΜΦΙCCЄ ΟΝΑΒЄΒΑΙ
ΓΡΑΜΜЄΝΟΥCω
ΗΚΑΤΑΓΕΓ

[Θεὸς τύ]χαν ἀγαθάν. [Ἄρχοντο]ς ἐν Ἀ[μφίσ]|σᾳ Φιλλίδα τοῦ Ζωπύρου θέσει, φύσει δὲ Ξενάνθου, μην[ὸς] | Ἀμῶνος, θεοκολέοντος δὲ τῷ Ἀσκλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφί[σσ]|ᾳ Ἀρχία τοῦ Θεοδώρου, χειρόγραφον Νικία τοῦ Νικία Ἀμφι[σσέ]|ος ὑπὲρ Σωσίχαν Ζωσᾶ παροῦσαν καὶ κελεύουσαν ὑπὲρ α[ὑτὰ|ν] γράψαι, ἐπεὶ ἔλεγεν αὐτὰ γράμματα μὴ εἰδέναι· ἀπέδοτ[ο | Σω]σίχα Ζωσᾶ Ἀμφισσὶς τῷ Ἀσκλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ σῶμα οἰκ[ογεν]|ὲς ᾇ ὄνομα Νικοστράτα, δοῦσαν Ὀ[ν]ασιφόρῳ Νίκωνος παιδία δύο [εἴτε | ἐ]ξ ἁθῆς εἴτε ἀγοράσασα μὴ ἔλασσον τῶν δύο. παραμεινάτω [δὲ Νι|κ]οστράτα Σωσίχᾳ Ζωσᾶ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον πάντ[α, ποιοῦ|σα τ]ὸ ἐπιτασσόμενον πᾶν ἀνεπικωλύτως. ἔστω δὲ [Νικοσ|τρά]τ[α μετ]ὰ τὸν θάνατον τὸν Σωσίχας ἐλευθέρα κα[ὶ ἀνέφαπτος μη]δενὶ ποθήκουσα μηδὲν κατὰ μηδένα [τρόπον, | καθὼς ἐπίστ]ευσε τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ. τὰν ὠνὰν [φυλάσσει | ὁ θεοκόλος] Ἀρχίας, τὸ δὲ ἀντίγραφον αὐτᾶς ......|.....· καθέστακε δὲ καὶ βεβαιωτῆρα Κα[.......|.... Κα]λλιξένου. μάρτυρες οἱ αὐτ[οί. χειρόγραφον Κα.....|........ Ἀ]μφισσέ[ος· γέγ]ονα βεβαι[ωτὴρ ἐπὶ τᾶς ὠνᾶς | τοῦ προγε]γραμμένου σώ[ματος |............]η κατὰ γεγ........

Manumissio ei, quam idem lapis habet (n. 318), tempore suppar, etsi non eiusdem quidem anni est. Vs. 9 ΑΘΗC pro αὑτῆς scriptum esse perspexit editor. Et dialectus Dorica neglecta et ᾱ pro ᾱν scriptum huic aetati optime convenit, ac vel aspiratae pro tenui usus paullo insolentior quidem est, sed neutiquam inauditus. Vs. 17. 18 supplevi collatis titulis Tithorensibus n. 192,28. 193,30 sqq. 194,29. Editor cum reliqua intacta relinqueret, vs. 18 [γέγ]ονα recte scripsit, ante hanc vocem perperam [Ἀ]μφισσε[ὺς], quo simul factum est, ut vs. 18 non agnosceret pronomen οἱ αὐτ[οί], de quo tamen nulla potest esse dubitatio. Refertur illud ad tresviros modo commemoratos, ex quibus primus Archias sacerdos instrumentum venditionis, alter huius instrumenti exemplum conservat, tertius βεβαιωτῆρος officio fungitur.

1067—1069 Lapis calcarius, in muro substructionum ad dextram domus Kutzochionis in oppido Amphissa (*Salona*). Media pars quadrata non laevigata, circumdata ab omnibus quattuor partibus margine accurate polito. Huius superiorem partem et particulam dextri marginis occupant hi duo manumissionum tituli, cum reliqua scriptura vacua sint. Ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 388 n. 2.

(1067)

ЄCΥΝЄΥΑ
ΠΟΙΟΥC
ΟЄΠΙΤΑCCΟ
ΝωΝΑΝЄΠΙΚ
ΜЄΧΡΙ..ЄΥΒΟΥΛΙ
ΔΑ.ΔЄ
ΒΟΥΛΙΔΑCЄΠΙ

(1068)

ΑΝΒΟΥΛΗ...ΑΙΑ
ωΝΑΝЄΥΒΟΥΛΙΔ
ΛЄΥΗЄΙΔЄΤΙΠΑ
ΒΟΥΛΙΔΑC
ЄΛЄΥΘ

(1069)

Ρ.ΚΑΙΑΝ
ΠΟΘΗΚΟΥCΑΚΑΤΑΜΗΔ
ΤΡΟΠΟΝΚΑΘωCЄΠΙCΤЄΥCЄΤ
ΤΑΝωΝΑΝЄΠΙΚΤΗCΙCΚΑ.Є
ΔЄΚΑΙΒЄΒΑΙωΤΗΡΑΚΑΤΑΤΟ
Ν ΜΟΝΞЄΝΟΧΑΡΗΝЄΥΑΙΝЄΤΟΥ
ΦΥΛΑ.ЄΙΟΘЄΟΚΟΛΟC
Δ.ΟΝ....ΤΟΑΝΤΙΓΡ
ΒΟΥΛΑΡΧΟCΔΗΜΗΤΡΙΟC
ΜΟΥΜΑΡΤΥΡЄCΟΙΥΠΟΓ

1067 ....ε συνευα[ρεστέοντος ...|.....] ποιοῦσ[α ....| ... τ]ὸ ἐπιτασσό[μενον ὑπὸ ....|....]νων ἀνεπικ[ωλύτως ......| ......] μέχρι [ἂν] Εὐβουλί[δας ζώῃ .....|...... Εὐβουλί]δα[ν] δὲ [..........|...... Εὐ]βουλίδας ἐπι....

1068 ....αν βουλη...αια [.....|...... τὰν] ὠνὰν Εὐβουλίδ[ας ....|...... ἃ ἂν κε]λεύῃ. εἰ δέ τι πά[θοι ἀνθρώπινον | Εὐ]βουλίδας, [ἔστω ....|......] ἐλευθ[ερ.....].

1069 [..... ἔστω Ἐπίκτησις ἐλευθέ]ρ[α] καὶ ἀν[έφαπτος, | μηδενὶ] ποθήκουσα κατὰ μηδ[έ|να] τρόπον, καθὼς ἐπίστευσε τ[ῷ | θεῷ] τὰν ὠνὰν Ἐπίκτησις. κα[θ]έ[στ|ακε] δὲ καὶ βεβαιωτῆρα κατὰ τὸ[ν] | ν[ό]μον Ξενοχάρην Εὐαινέτου. [τὰν | ὠνὰν] φυλά[σ](σ)ει ὁ θεοκόλος .....|... Δ[ι]ον[υσίου], τὸ ἀντίγρ[αφον δὲ ὁ] | βούλαρχος Δημήτριος ....|..... μου. μάρτυρες οἱ ὑπογ[εγραμμένοι ....].

Duarum manumissionum has esse reliquias editor sibi persuasit, cui opinioni magnopere favet, quod n. 1067 et 1068 manifesto eiusdem manumissoris Eubulidae nomen habuit. At si haec accuratius examinaveris, intelleges inter fragmenti n. 1067 vs. 3. 4, qui formulam notissimam habent, nullo modo interponi posse, quae n. 1068 vs. 3 scripta sint. Vice versa fragmenti n. 1068 reliquias vs. 3. 4 ЄΙΔЄΤΙΠΑϑοι .... ΕὐΒΟΥΛΙΔΑC inter se cohaerere eisque n. 1067 vs. 4 importunissime interponi luce clarius est. Adde quod, si haec re vera eiusdem tituli essent, priore loco (vs. 3. 4) scriptum esset εἰ δέ τι πά[ϑοι .... Εὐ]βουλίδας, tum demum (vs. 5) μέχρι [ἂν] Εὐβουλί[δας ζώηι], quem praeposterum ordinem esse manifestum est. Aut igitur statuendum est, posituram horum fragmentorum longe aliam esse in lapide ac Perdrizetus repraesentaverit, ut non respondeant inter se versus, quos ille respondere indicavit, aut duas eiusdem hominis Eubulidae manumissiones hic haberi. Hoc praetuli, quia ex reliquis titulorum Amphissensium apographis, quae ille publici iuris fecit, apparet non esse cur hominem doctissimum eiusmodi neglegentiae insimulemus. Ceterum supplementa partim Perdrizeti sunt, partim mea.

1070 Lapis calcarius integer supra et a sinistra parte, a. 0,16, inscriptus litteris altis 0,01, Amphissae (*Salona*) in domo Theodori Nianiouris infra castellum. Ex ectypo chartaceo et apographo suo ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 390 n. 3.

Γ Α
Τ Ο Σ Ν Η
Κ Λ Α Π Ι Ω
Α Ρ Μ Υ Λ Ι Σ Κ
Α Σ Κ Λ Α
Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ι Α
Π Α Ρ Α Μ Ε Ι Ν
Σ Α Τ Ο Ε Π Ι Τ Α
Μ Η Ν Ε Λ Ε Υ Θ
Ρ Ι Α Ν Μ Η Θ Ε Ν
-Ω Ν Τ Α Ν Ω Ν Α Ν

[Ἀ]γα[ϑᾷ τύχᾳ. Ἐν Ἀμφίσσᾳ ἄρχον]|τος Νη[........, ϑεοκολέοντος δὲ τῷ Ἀσ]κλαπιῷ [τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ ....], | Ἁρμυλὶς Κ[..... ἀπέδοτο τῷ] | Ἀσκλα[πιῷ τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ ἐπ' ἐ]|λευϑερίᾳ [σῶμα γυναικεῖον ......] | παραμειν[άτω δὲ .... ποιοῦ]|σα τὸ ἐπιτα[σσόμενον πᾶν ....]|μην ἐλευϑ[ερ............ ἐλευϑε]|ρίαν, μηϑεν[ὶ ποϑήκουσα ....| .]ων· τὰν ὠνὰν [φυλάττει ....].

1071 Lapis inscriptus litteris grandibus, fractus undique, Amphissae (*Salona*) in domo Georgii Syrii sita in inferiore oppidi parte. Ex P. Iamoti apographo ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 391 n. 4.

\ Ν Ι Κ Ο Υ
Є Ξ Α Ν
Δ Ρ Ο Υ *vacat*
, Τ Ι Ω Τ

Vs. 1 [Ἑλλ]ανίκου; vs. 2. 3 [Ἀλ]εξάν|δρου; vs. 4 nescio quae forma vocabuli [στρ]ατιώτ[ης] fuisse videtur. Natura et argumentum tituli obscura.

1072 Cubus lapidis leucophaei sustinens columnam in ecclesia diruta S. Ioannis, quae est Amphissae (*Salona*). Ex P. Iamoti apographo ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 391 n. 5.

Ι Δ Α V Α C Ο Δ Η
Κ Ρ Α Τ Є Ι Α C
Τ Η Ν C Υ Ν Τ Ρ Ο **B**

[Τὴν δεῖνα | ..]ιδά[μ]ας ὁ Δη|[μο]κρατείας | τὴν σύντρο|[φον ἀνέϑηκεν] suppleveris, etsi haec restitutio non caret difficultatibus. Maxime origo non paterno, sed materno nomine significata in illis quidem regionibus singularis est (cf. adn. ad n. 53. 73). Littera maioris moduli iuxta versus tertii finem a dextra scripta, qua ex parte lapidem integrum esse editor definite testatur, quid sibi velit et num omnino ad hunc titulum pertineat, in medio relinquendum est. Fortasse ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς) fuit.

1073 Stela lapidis calcarii cum aëtomate, in domo privata oppidi *Galaxidi*, cuius dominus est Kyriakos Kalmoukos. Ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 243 n. 3.

Δ Ι Ω Ν Ο C
Α

Δίωνος, | [Ἀγί]α(?).

1074 Lapis calcarius leucophaeus longus, a. 0,41, l. 0,155, c. 0,37. In inferiore parte planiciei anticae titulus. Ante domum quam possidet Ioannes Zetos in insula *Trizonia*. Exscripsit Lolling.

Σ Τ Ρ Α Τ Ω Σ

Στρατῶς.

1075 Tabula inaedificata supra portam domus privatae, sitae in insula Ithaca ad viam prope vicum *Hagios Georgios* ad radices Aëti montis. Exscripsit P. Wolters.

ΑΛΛΙΔΡΟΜΟΥ

[Κ]αλλιδρόμου.

Litteratura tertii a. Chr. n. saeculi est.

PARS ALTERA.

CORRIGENDA IN TITVLIS EDITIS.

P. 7 n. 27. Ed. P. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 244.

P. 31 n. 110. De hoc titulo et eis, qui proxime insequuntur, quae disputavi confirmantur tabulis pecuniarum expensarum Delphicis, quas E. Bourguet edidit *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 197 sqq. Quae proximorum post 350 a. Chr. decenniorum sunt; ac tot nomina, ex parte quidem rarissima, eadem et hic et illic leguntur, ut quin eiusdem aetatis sint hae inscriptiones nemo iam dubitare possit. Qui illic recensentur viginti duo archontes Delphorum, ex eis quidem nullius ipso anno aliquis ex his titulis Elatensibus exaratus est. Sed, ut hoc potissimum utar, Ornichidas qui n. 112, 6 archon est, illic vs. 52 inter buleutas redit. Cf. Add. ad n. 115.

P. 31 n. 111. Vs. 8. 9 Ἀρίστων | [Λύ]ητος supplendum est ex *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 197 sqq., ubi idem homo vs. 186 senator Delphorum est. Editor sane illic exhibet Λυντός, sed hunc genetivum nominis proprii Graeci esse posse profecto nemo credet, et ex hac tabula Elatensi, ubi initio vs. 9 Lollingius duarum modo litterarum defectum notavit, apparet illic N pro H lenissimo errore aut incisum aut lectum esse.

P. 32 n. 112. Vs. 6 pro Ὀρνι[θ]ίδα, ut Foucartum secutus scripsi, Ὀρνι[χ]ίδα formam dialecto illius regionis accommodatam reponendam esse docet titulus *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 197 sqq., ubi vs. 52 idem homo inter senatores Delphorum est.

P. 32 n. 114. Vs. 7 non recte a me suppletum Ἱερόσ[τρατος], sed Ἵερος integrum nomen esse, apparet ex *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 197 vs. 135, ubi Πυθόδωρος Ἱέρου civis Delphus est.

P. 32 n. 115. Eiusdem anni senatus est *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 197 vs. 157 sqq. Nam quod illic inter quindecim senatores primo loco nomina Μελάνωπος, Κλέων Αἰνησιδάμου, Δαμοχάρης, Αἰσχριώνδας Ἀγέλα se excipiunt, nemo ad merum casum referet. Archontis nomen illic desideratur, nam qui nominatur Πλείστων, proximi anni est, cuius prytanibus illi pecunias a se administratas tradiderunt. Ceterum annus Damatrii sive quo alio nomine fuit archontis certe non prior est quam a. 335/4 a. Chr.; fortasse etiam aliquot annis posterior est. Etenim cum iam vs. 149, archonte Delphis Charixeno, hieromnemones a rege Alexandro missi recenseantur, vs. 126 formula ἄλλα ὕστερον ἀπεδόθη χρήματα transitur ad illum annum, cuius est titulus Elatensis n. 115. Quod vero βουλευόντων recentioris aetatis esse quam βρυτανευόντων (πρυτάνεων) dixi, illa tabula Delphica redarguitur, in qua eadem aetate utrumque vocabulum usurpatur.

P. 75 n. 318. Cf. titulum in altero eiusdem lapidis latere scriptum n. 1066, 3, quo supplementum meum versus alterius [Θ]εο[κ]ο[λ]έοντος luculentissime confirmatur.

P. 79 n. 333. De hoc titulo, cum mea iam typis expressa essent, disputavit Ricardus Meister *Der Rechtsvertrag zwischen Chaleion und Oiantheia, Berichte der Königl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften* 1896 p. 19 sqq.

P. 89 n. 337. Ed. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 243 n. 2.

P. 89 n. 340. Ed. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 243 n. 1, qui etiam primam nominis litteram exhibet, sed ita ut ex parte eam evanuisse significet (Δ).

P. 89 n. 341. Ed. Perdrizet *Bull. de corr. Hell.* XX (1896) p. 243 n. 4, apud quem titulus sic se habet:

Ε Ρ Μ Ι Ο Ν Η
Β Ρ Ε Ι Σ Η Ι Σ
Α Γ Α Π Η Ν
· Χ Α Ι Ρ

P. 113 n. 442. Aere denuo accurate collato quattuor postremi versus repetiti sunt *Bull. de corr. Hell.* XIX (1895) p. 549; qui sic se habent:

Σ Κ Α Ι Γ Ε Ν Ε Α Ι Π Ρ Ο Ε Ν Γ V Ο Ι Γ Ρ Ο Τ
Τ Ο Σ Β Ι . Σ Ω Ν Τ Ε Ι Σ Α Ν Δ Ρ Ο Σ
Κ Α Ι Α Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Β Ο Λ Α Ρ Χ Ο Σ Ε Σ Σ Π Ι
Ν ⊞ Α Ρ Ο Σ Σ Ι Τ V Λ Ο Η V Ι Ο Σ ⊡ Ο Ι Τ Ι Α Σ

His lectionem Bechtelii meamque confirmari apparet; vs. 7. 8 Προῖτος legi non posse, in *Bull. de corr. Hell.* recte adnotatur, additurque ex huius vocis litteris primam modo incertam esse. Litteris minusculis illic Γρότ|τος scribitur, sed nescio an praestet Πρότ|τος legere, quam hypocoristicam nominis Πρότιμος formam esse suspiceris.

P. 137 n. 611. Hunc titulum, cum ex solis Lenormanti centuriis Museo Rhenano insertis notus sit, in appendicem subditiciorum relegare debebam secundum ea, quae disputata sunt ad n. 988.

P. 137 n. 617. Ex forma gypsea, quae Corcyrae asservatur, titulum denuo exscripsit A. Wilhelm. Sed eius exemplum accuratissime concinit cum Vischeriano, nisi quod vs. 6 altero et vs. 7 utroque loco A pro λ et vs. 2 priore loco et vs. 8 Ɛ pro B exhibet, cum reliquis locis hic ut apud Vischerum vulgaris huius litterae forma sit (vs. 2 altero loco, vs. 5 *bis*).

P. 153 n. 693. De origine huius tituli veriora docuit Codex Ambrosianus R. 124 p. 85 apographum paullo accuratius illo edito continens, quem contulit Ericus Ziebarth. In eo enim Pinellii manu exarata est haec adnotatio: '*l' Inscrizione greca dorica fu portata* *di candia* *da Al s̄e Reniero che la donò G. B. Ramusio ed altre inscrizione*'. Cretensis igitur est tabula, non Corcyraea, unde iam apparet, qui factum sit, ut praeter unum Delphum non recenserentur hic proxeni nisi ex Creta insula oriundi. Memorabiles lectiones has ex libro Ambrosiano enotavit Ziebarthius: Vs. 3 ΚΑΡΠΕΥΕΙΝΑΣΚΑ. Legendum igitur *καρπεύειν, ἆς κα ἐπιτάδειοι ὦντι*. Vs 9 ΑΠΤΑΡΑΙΩΙ distincte exstat in codice. Vs. 19 ΕΝΣΚΙΝΟΥΡΙ. Vs. 20 ΤΑΙΛΑΥΑΝΙΛΙΚΟΜΑ, sed supra ΛΑΥ scr. ΑΛΧ, supra Λ terminationis ΙΛΙ vero Δ. Quare *Λαχανίδι* in lapide fuisse mihi maxime probabile videtur. Versuum divisiones nonnullis locis alias esse atque in exemplari edito observavit Ziebarthius.

P. 168 n. 775. Pro 'eo nomine dubito' lege 'eo m i n u s dubito'.

P. 190 n. 915. Ed. M. C. Dawes Athenaeum 3601 p. 610.

P. 190 n. 920. Ed. M. C. Dawes Athenaeum 3601 p. 610.

P. 191 n. 929. Ed. M. C. Dawes Athenaeum 3601 p. 610.

Ex typographia Imperii Germanici.

481.7 fA168C v.9 pt.1
105593